MÉMOIRES

SUR LES

QUESTIONS

PROPOSÉES PAR

L'ACADÉMIE ROYALE

DES

SCIENCES ET BELLES-LETTRES

DE BRUXELLES.

TOM. III.

MÉMOIRES

SUR LES

QUESTIONS

PROPOSÉES PAR

L'ACADÉMIE ROYALE

DES

SCIENCES ET BELLES-LETTRES

DE BRUXELLES.

TOME III.

S.701.F.8.

MÉMOIRES

SUR LES

QUESTIONS

PROPOSÉES PAR

L'ACADÉMIE ROYALE

DES

SCIENCES ET BELLES-LETTRES

DE BRUXELLES,

QUI ONT REMPORTÉ LES PRIX EN M. DCCC. XXI.

BRUXELLES,

P. J. DE MAT, IMPRIMEUR DE L'ACADÉMIE ROYALE
ET DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN.

1823.

BRITISH MUSEUM
NATURAL HISTORY.

H. Van Beterdael. Dt.

Litho. de Burggraaff. à Bruxelles.

JUSTUS LIPSIUS.

E Marmore.

DE JUSTI LIPSII

V. INL.

VITA ET SCRIPTIS

COMMENTARIUS

IN STADIO REGIÆ SCIENTIARUM LITERARUMQUE ACADEMIÆ BRUX. AUREA PALMA DONATUS

M. DCCC. XXI.

AUCTORE FRID. AUG. BARONE AB REIFFENBERG.

Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore.

HORAT. *De Arte poet.*

BRUXELLIS,

APUD P. J. DE MAT, ACADEMIÆ REGIÆ BRUXELLENSIS,
UNIVERSITATISQUE LOVANIENSIS TYPOGR. ET BIBLIOP.

1823.

MENARDO TIJDEMAN

LITERARVM BELGICARVM
NESTORI

CONSECRABAM.

AD LECTOREM.

« *En tibi, Lector benevole, adnotatiunculas quasdam, sine prologo, sine omni adnexo et adglutinato ornatu.* »

Edit. COORNHEERT. IN LIPSIUM.

PARS PRIMA.

J. LIPSII VITÆ BREVIARIUM.

Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.
HORAT.

N. B.

A. Indicat J. Lipsii operum Tom. I. seu critica.
B. —————————— II. seu epistolaria.
C. —————————— III. seu historica.
D. —————————— IV. seu Philosophica.
E. Comment. in Tacitum. . . . } V.
EM. Disp. not. cod. Mirand. . . } V.
F. Animadv. in Velleïum. . . . } V.
G. Comm. in Senecam. . . . . } VI.
Gf. Continuat. eorumdem Liberti Fromondi. . . . . } VI.

I. Vetus auctor qui Alcibiadis, olympica lauro [decori, laudes cecinit, seu Euripides, ut fama erat, seu quis alius, primum felicitatis omen claram urbem natalem habere dixit. Dissentienti Plutarcho (1), de Lipsio scripturi annuimus, nam antiquitatis ille promuscondus, ut Joh. Kirchmanni verbis utamur, humilem pagum cunis nobilitavit. Nil gloriæ offi-

(1) In Demosth., p. 846. Plut. chær. op. Tom. I. Lutet. Parisior., 1624. in-fol.

ciente patrii agri obscuritate, mox longinquas regiones nomen scriptaque peragrarunt, quæ nunc ingrata oblivio tegit. Splendet usque Lipsii nomen, sed opera pigris versantur unguibus, aliquot doctis relicta nesciisque damnata judicibus. Quocirca regia scientiarum ac literarum Academia *Iscani* memoriam ab injuria oblivionis asserendam monuit; tum nos, quamvis alienis impliciti negotiis, et studii in Academiam, et justitiæ in Lipsium hocce parvi monimentum tumultuaria manu exigere decrevimus. Ante autem quam in campum descendatur, res ipsa videtur hortari supra repetere ac paucis literarum conditionem, et qui tunc temporis doctrina et ingenio maxime inclaruerint, disserere.

II. Erat Belgica tunc plena Latiarum artium ac disciplinarum; studiaque hæc fere vehementius tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis. Rudolphus Agricola, in magnarum rerum scientia, ut temporibus illis exercitatissimus, et ex optima Theodori Bezæ disciplina exortus, dux examinis fuerat (1). At tandem prodiit Desiderius Erasmus vere sæculi sui Phœnix; quis enim, sicuti loquitur Huetius, tot doctrinis cumulatus? quis tanta multiplicis ingenii ubertate circumfluens? quis tam portentosæ memoriæ capacitate instructus? quis suavitate in scribendo, quis salibus et facetiis conditior? quis vero in convertendi industria, tanta felicitate numeros

(1) Videantur de illo Paullus Jovius in Elogiis; Gyrald. de poetis suorum temporum, dialog. 2, Tom. II, p. 556, edit. Jensianæ; Boissardi Icones, Tom. I, nº 28; Suffridus Petr., de scriptoribus Frisiæ, Decad. 8, nis 5 et 6; Melchior. Adam., vita philosoph., p. 13; Valerius Andreas et Foppensius in Bibliothecis; Huetius de claris interpretibus, p. 173 (ed. in-4, 1680); Baillet, jugemens des savans; Nicéron, mém. des hommes illustr., P. 23, p. 180; Saxius in Onomastico liter. Part. 2, p. 470; Biographie universelle; Hoevfft, Parnasus Latino-Belgicus, p. 1, etc.

omnes absolvit? sententias acute pervestigat, dilucide expedit; sincera omnia, atque sana; sine ariditate, sicca; sine exilitate, angusta; sine exuberantia, aperta; sine squalore, neglecta (1)? non pauci, haud longo intervallo proximi, sequebantur. Badius Ascensius (2) rotundo mellifluus ore carmina edebat; Cornelius Graphæus et Petrus ÆEgidius prioribus vatum ordinibus adscribebantur. Alardus, vir multæ et lectionis et eruditionis, græcis literis instructus, Clenardus arabicis, ignotos fontes reseraverant. Rursum Secundus, heu! nimium brevis, et fratres, et Joachimus Polites et alii ludebant modos. Martinus Dorpius ac Petrus Nannius sacræ simulque profanæ antiquitatis, Gemma Frisius astronomiæ, nimis quidem fabularum amator, secreta ingressi sunt. Interea alma Lovanii Academia, exuta jam barbarorum rubigine (3), bonas literas, philosophiæ quamvis expers, non infeliciter docuit. Barlandus cum Meyero, [utinam iste ab censore vexatus non fuisset! (4)] criticæ facem nostris annalibus intulerat; denique dumis et sterili avena diutius horrentes musarum campi, impigris aratoribus victum et delicias effundebant. Paginam ex-

(1) De Claris Interp., pp. 173, 174.

(2) Judocum Badium *Gandavum* fuisse falso asseruit *Henr. Pantaleo.* Prosographia heroum atque ill. viror. totius Germaniæ. Basileæ 1565, in-fol. Part. II, p. 471.

(3) Petrus Ægidius ad Martinum Dorpium sic in epistola Rudolphi Agricolæ scriptis præfixa « Neque est quod vereare barbarorum interim assultum, quum habeat et Lovanium complusculos viros neutiq. vulgariter eruditos, sub quorum tutamine, uti sub Pallados ægide latitans, Meduseos etiam vultus intuebere. » *Oper. Rudolph. Agr. edit. Martini Alost. Antverp.*, 1511. Adi etiam orat. nostram inaug. *de Fatis philos. in acad. Lov.*

(4) Jo. Hentenius pluribus atrum, transverso calamo, signum allivit. Quin Cæsaris privilegium ne diplomata a Meyero collecta typis mandarentur caverat. *Mém. sur le commerce*, p. 50, note 2.

cesserit solus nominum index, si singulos scriptores adnotare voluerimus, fastigia rerum solummodo, omissa vel serie chronologica, sequentes.

III. Dum hæc in placida literarum republica agebantur, operta tumescebant bella turbidioribus in templis. Novandi secreta cupiditas, longo cæcis ab ævo animis irrepserat. Quæ in sacrario, ut visus deciperent, olim latitabant, mirantibus cunctis, in lucem sunt prolata. Inde fides minuitur; jamjam expensa cælesti, studiose ponderatur terrestris potestas, et, ut quondam Solymæ, vox monere videtur *excedere Deos* (1). Ideo Ecclesiæ Tridentinum concilium subvenire parabat; militesque Ignatius, nomine Jesu conscriptos, supremo pontifici auxilium duxerat; a viro puerili virga in scholis turpiter cæso altricem doctrinæ societatem instituendam, atque hoc humili exordio superbos audacissimosque sacerdotes orturos, nullo præsagiente. Morti proximus erat Lutherus : Anglia, jubente Henrico VIII, novam induerat fidem; Germania, Dania, Suevia in novitatem præcipites ibant, et, omni concusso orbe, maxima nunciabantur. Hi Lipsio tumultus qui nocere debuissent, forsitan vires suppeditarunt, et nunc sententia hæc falsi arguenda visa est, musas solummodo otium et secessum scribentis amare, nam aurea Belgicarum literarum ætas imis civilibus bellis pulchrior evenit (2).

---

(1) Tacit., histor. IV, 13.

(2) In proœmio Tom. I. Acad. Reg. Brux. Commentariorum. Belgicos tumultus, sive *revolutionem* hanc, ut barbare vocat F. X. Burtinus, egregio candore scripsit L. J. J. Vander Vynkt qui Germaniæ innotuerat, nobis contra ignotus. Legitur in comm. Acad. Reg. Brux. (*Journal des séances*) V. C. Schloezer hoc opus in germanam linguam vertisse, anno 1774, quod ipsi retulimus (Discours prélim. de l'édit. de Vander Vynckt. *Brux.*, *Lacrosse*, 3 vol. in-8, p. IX, note 2); at solummodo reperire potuimus versionem

Lech.ᵉʳ de La Barrière del. *Haghe f.ᵗ*

ISCANA LIPSII DOMUS.

IV. Inter hæc XV kal. novemb. qui dies Lucæ Evangelistæ sacer, natus est Lipsius; eo ipso anno (1547) quo Carolus V. Imp. Joanne Friderico, Saxoniæ Duce, in prælio ad Albim capto, et Philippo, Hassiæ Lantgravio, in deditionem accepto, Lutherianos proceres domuit (1). Prodigiis cunabula circumdare non erubuit Miræus, serius nugarum narrator, quum matrem Lipsii, superiori nocte partus proxima, puellos duos, nempe *Doctrinam* et *Modestiam* (2), mire candidos per cubiculum inambulantes, mutuumque se complexos, vigilantem atque exsomnem vidisse, post Lipsium vero perhibuit (3). Genitus est noster in Iscano municipio, tertio lapide a Bruxellis et Lovanio distante; in sacro fonte *Jodoci* cognomine insignitus, quod postea ipse immutavit (4). Parentes fuere *Ægidius Lipsius* et *Isabella Petirivia*, opibus et genere perhonesti. Patruus major *Martinus Lipsius*, cujus varia exstant opera, propter utriusque linguæ peritiam multiplicemque scientiam Erasmo carus vixit. At de gente satis dictum est, Miræo nobilitate Lipsii, ingenio nobis clari, celebranda (5).

Tiguri, anno 1793, 3 vol. in-8, editam, unde priorem non exstare judicamus. Hoc forte C. V. Oliv. Schilperoost elucidabit, qui batavam linguam nostrum auctorem mox docturus est.

(1) Lipsius B. 80 a. B. 159. b. in Epistola Woverio de vita sua; 205 a. Aub. Miræus in vita Lips. operib. istius præfixa (ed. 1637). p. XLIX.

(2) Aut *Philologiam* et *Philosophiam*. Vid. *Tristram Shandy* P. II c. 125.

(3) Lipsius B. 159 b. Miræus, loco citato.

(4) Bibl. MS. script. Antuerpiensium, Tom. II. In musæo Bruxellensi. (*Jost Lips.*)

(5) Lipsius B. 233 b., 320 b., 371 a. D. 161 b. A. 211 b. B. 159 b. 371 a. D. 161 a. A. 169 a. b. C. 451 a. A. 198 b. C. 785 a.

V. Annos sex jam natus, Bruxellas cum suis migrat, et illic literarum, in triviali parœciæ (ut nuncupant) *Capellensis* schola, rudimentis initiatur; adeo facili promptoque puer ingenio, ut præceptor parvulum genibus impositum, aliis in æmulationem atque exemplum ostentaret. Verum præpropere nimis suo ereptus magistro, a quo in formandis characteribus instrueretur, toto etenim quoad vixit tempore, inepto et vix capiendo usus est, quod ipse testatur in epistola, qua a se compositi libri *De Duplici Concordia* calumniam repellit dicentis se illud secundum autographum bene et nitide conscriptum impressisse; quem sic excipit : « ego belle et mundule scribo? Vellem. Sed totam Europam testem καλλιγραφίας hujus habeo, et querelas quod autographa mea ægre, vel non legant. » Hic adjiciendum est quod in præf. tom. V syllog. epist. Petrus Burmannus doluit, quum manu sua describere epistolas Lipsii cogeretur, « inexplicabiles sæpe literarum ductus millies iram et indignationem in manum ejus festinantem provocasse. »

VI. *Joannis Despauterii* gravibus libris puelli debiles humeri primum obruti sunt. Tum vitæ primordia tristia inter hæc studia terebantur et mos ad posteros etiam pervenit. Vitium hocce dolet *Montanus* (1), dolet et ipse Lipsius; sed elegantius luget *Hugenius,* in suis commentariis (2).

> ..... nugis majora doceri
> Commovit properans decurrere septimus annus.
> Tempus erat Latii fines invisere, et omnes,

(1) « C'est un grand et bel adgencement que le latin, mais on l'achète trop cher. » (Montaigne, *Essais.*)

(2) Const. Hugenii, de vita propria sermonum inter liberos, Lib. I. *Harlemi,* 1817, in-8.

Quas nisi Romano miseri non discimus artes
Eloquio comptas : quasi nempe scientia rerum
Heic ubi nec est, Romæ defossa lateret,
Nec saperet, nisi qui sapiat virtute latina.
Invasit tamen illa lues, cruciatque premitque
Dura juventutem sub pondere suspirantem.

Attamen tum melius pueritia habebatur. *Doctrinale puerorum*, sub medium XIII sæculi, ab *Alexandro de villa Dei*, seu *Dolensi* editum, grammaticam complexum est tanta felicitate ut Prisciano ab alma Parisiensi Academia anteponeretur. Et forsitan non pigebit huc referre ex Alexandro Ludovicum XI, Franciæ regem, versum Bessarioni, S. R. E. cardinali, exitialem, sumpsisse :

Barbara græca genus retinent quod habere solebant (1).

« Quod opus (sic fatur Meyerus in *Annalibus Flandricis*) postquam trecentis prope annis habitum esset in pretio, repullulantibus tandem bonis literis, explosum est a doctioribus grammaticis, quorum in albo doctissimus noster Despauterius haud ultimum tenet locum (2). » Sed non invidia quievit, Despauteriumque momordit. Urit enim suo fulgore qui infra se positas artes prægravat, nec desunt plures qui nil mirantur nisi quod sacraverit Libitina.

Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt,
Vel quia turpe putant parere minoribus, et quæ
Imberbes didicere senes perdenda fateri.

---

(1) Legrand d'Aussy, dans les *Notices et extraits des MSS. de la Bibliothèque nationale et autres. Paris, an VII.* In-4, Tom. V, p. 512. Brantôme, Tom. V, p. 46 à L. D. citatus.

(2) Compendium Chron. Flandriæ. *Noribergæ, apud J. Petreium,* 1538, in-4. Istis verbis subjungitur *Erasmi* encomium ab *Hentenio* postea sublatum.

Itaque haud facile Ninivita noster rebelles perdomuit, quo factum est ut Lipsius de aliis ad alias rursumque alias grammaticæ præceptiones miserrime tractus fuerit.

VII. Dum sexennis Despauterii rudimenta hauriebat, sponte ad linguam quoque gallicam honestioribus vernaculam, se dedit, quam e libris sine doctore ita didicit, ut recte scriberet, etsi loqui et legitime pronunciare non posset. Annum agens decimum, Athum Hannoniæ, sub disciplina *Petri Jardini* (1), a parentibus ablegatur. Hic iterum præcepta grammatica (et quidem *Joannis Custodis brechtani*) puero sunt inculcata, in regulis aut quæstiunculis ineptis meliorem fere ætatis partem perdenti. Triplicem certe grammaticam, in triplici migratione, sibi puello prælectam, atque ad annum decimum tertium floccis istis se detentum queritur Lipsius, cum tamen ab anno octavo eadem teneret, etsi non eodem modo, deploratque merito, annos illos quinque non in stilo et graviorum rerum scientia positos fuisse (2).

VIII. Biennio Athi exacto, carmen ibidem cœpit scribere, quod non sine admiratione audient, qui rudem poëtam exstitisse Lipsium haud negatum eunt; quamvis, qui illi annus propemodum aditum ad vitæ curriculum dedit, eundem quoque scribendi initium attulisse dicant. Hanc explicat fabellam Erythræus (3), dum ait anno nono, qua homo ætate, quum jam ratione uti valeat, vere incipit vivere, poema concinuisse. Anno sequente, Coloniam Agrippinam, ingenio ani-

(1) Bibl. MS. script. Antuerp.

(2) Lipsius. Cent. I. Miscell. epist. 94. Aub. Mir. P. L. b.

(3) *Jani Nicii Erythræi pinacotheca.* Lipsiæ, 1712, in-8, p. 544. *Baillet*, Enfans célèbres. *Amsterd.* 1725, p. 178.

moque excolendo, ad gymnasium societatis Jesu mittitur. Ibi græcis ipsum *Gerardus Kempensis*, rhetoricis *Joannes Oranus* Leodiensis, philosophicis *Arnoldus Havensius* Silviducensis, tanto muneri impar, moderatore *Francisco Costero* (1) Mechliniano, imbuerunt, capere sane pronum, atque istic et alibi antea ductorem semper et principem suæ classis. Itaque vix duodecennis orationes composuit, atque etiam habuit, quæ magis spe et exspectatione, quam re ipsa, quamvis sententiarum verborumque splendore non carentes, laudantur (2).

IX. Cæterum philosophiæ studia jam tum a puero ita Lipsio placuere, ut peccare juvenili quodam ardore videretur, et fræno atque inhibitione fuerit coercendus. Sæpe in Ubiis præceptores ei libros istius generis omnes velut per vim e manibus excusserunt, et scripta etiam commentariosque eripuere, quos laboriose confecerat ex omni interpretum classe. Nec mutavit quidem postea (3). Cœpit interim de deligendo vitæ statu secum reputare, et societati Jesu voluisse aggregari dicitur, quod in dubium non sumus adducturi, jesuitis præcellentia ingenia assidue venantibus. Parentes, his auditis, abduxerunt et annos sedecim natum ex Ubiis Lovanium evocarunt. Itaque philosophicis insistens, physica in gymnasio Castrensi (4) aliquandiu audivit, eodem fere tempore quo *Cornelius Valerius*, veteraquensis de sphæra et primis astronomiæ rudimentis scripsit (5). Alios inter æquales *Martini-Antonii*

(1) Hartzheim. Bibl. Coloniensis, pp. 23, 81, 191.

(2) Erythræus, loco cit.

(3) Lipsius ad lectorem *De Const.* D. 170.

(4) Valer. Andr. *Fasti Academici stud. gen. Lov.* Lov. 1650. in-4, p. 252.

(5) Antv., in-8, 1561 et 1573. *Foppens*, p. 220. *La Lande*, Bibliographie astron. *Paris*, 1803, in-4, ad hos annos.

Delrii, *Andreæ Schotti* Antuerpiensium, *Victoris Giselini* Sanfordani, *Jani Lernutii* Brugensis, scriptis serius clarorum, contubernio usus est. Lovanii dum versatur et jurisprudentiæ quoque vacat, pater ipsi fato eripitur, bruxellensi tunc prætorio præfectus : vir acer, manu promptus, sodalium ac conviviorum appetens, et qui ista comitate amplum patrimonium avorum valde attrivit. Mater curam ejus reliqui, itemque Justi ac sororis suscepit : matrona summæ modestiæ, virilis animi et consilii. Hæc filii caussa Bruxellis Lovanium sedem ac domicilium transtulit, atque ibi ex hydrope, non diu post, obiit (1).

X. Eadem tempestate ingravescebant civiles per Belgium tumultus. Ad Belgas enim mercatoribus sæpe commeantibus, recentia dogmata ultro cupidos novarum rerum adsportabantur. Præterea ob Hispanorum non ferendam insolentem audaciam (2) diraque Philippi decreta, miscebantur omnia. Lamoralius et Nassavius plebis partes agebant, atque invito Rege, efflagitantibus primoribus et imis, Perrenotus cardinalis, vir acutissimi ingenii, sed libertati infensus, sacerdotiique superbiam præ se ferens in Burgundiam migraverat. Ad hunc præsulem vix novemdecennis ingenii tirocinium *varias lectiones*, stilo florido ac Ciceroniano inscripsit Lipsius, audaciaque illa gradum struxit ad majora et meliora (3). Granvillanus, acer ingeniorum æstimator, cuique juvenis mollis animus fortasse perplacuit, (nam imperitantibus cerea mens flexaque cervix magni penduntur) in ædes Romæ eum admisit.

---

(1) A. 211. B. 160 a et b.

(2) *Thuanus*, Tom. VIII, pp. 25—26. Comment. edit. Londin., 1733. in-fol.

(3) In Epist. *Bernartio*, B. 372 b.

Sic biennium circiter egit summa benignitate habitus, et, ad studia non incitatus solum, sed ab erudito patrono etiam adjutus.

Erat a latinis illi epistolis : otium autem et omne liberum tempus dabat inspectioni lapidum, locorum veterum, et si quid visendum noscendumque in urbe aut circa esset. Bibliotheca etiam Vaticana Lipsio per eum et *Guilelmum Zirletum* cardinalem patuit; simul innotuit *Paullo Manutio, Fulvio Ursino, Latino Latinio, Hieronymo Mercuriali, Antonio Mureto :* familiarissimus *Plauto Bencio,* qui *Francisci* postea nomen, societati Jesu adscriptus, sumpsit. *Petrum Victorium* etiam et *Carolum Sigonium* per viam vidit (1).

XI. Lovanium deinde redux, annum unum egit in ἀκμῇ ipsa adolescentiæ, et, nam candidus fatetur, haud usquequaque ad prisci Catonis normam. Liber erat, parentum et tutorum expers : atque ita choreis, sodalitiis, nugis, ludum et libentiam aliquam ætati dedit. Quem natura melior brevi reduxit, et adeo se subduxit peregrinatiuncula, quam Viennam Austriæ et in Cæsaris aulam decrevit, suscepit, perfecit. Fugiens patriæ turbas, deflexit ad Eburonum urbem, quæ nec longe a via et in qua amici, quos salutare more suadebatur et amore. Inter eos *Carolus Langius*, vir optimus doctissimusque Belgarum (2). Dolæ autem, quæ Academia a Philippo bono Burgundiæ duce donata fuerat, dum paucos dies moratur, oratiunculam in honorem *Victoris Giselini,* medici titulo aucti, recitat, sed surgentem e cœna sudor, mox febris

(1) Ex ipsissimis Lipsii verbis B. 161 a. Epist. ad Woverium. Erythræus, p. 546.

(2) De Constantiâ, Cap. 1. D. 377 a.

invadit et tantum non emoritur (1). Verum incolumis Viennam pergit; atque ibi *Augerio Busbequio*, Odyssæa claro, *Joanni Sambuco*, *Joanni Cratoni*, *Stephano Pighio*, *Nicolao Biesio* innotescit et placet; qui retinere illum et illigare iis in locis, non una conditione, conantur. Sed frustra, patriam enim respectabat.

XII. Animo redeundi per Bohemiam, Misniam, Thuringiam et ea loca iter instituit : cum acerbi, anno 1572, nuncii de afflicta novis bellis Belgica, patrimonio vi militum attrito, pedem figere in iis locis eum adegerunt. Jenæ paullo plus annum mansit, docuit et illa primordia illi ad professorium munus fuere (2). Ibi Lutherianis immersus eorum ritus professus est (3), et aliquot fecit orationes quas deinde agnoscere recusavit, quarumque stilum posteris scriptis melius sapere dicunt (4). Orationes enim de *Duplici Concordia* et in obitum Ducis Saxoniæ latinissimas et aliis Lipsii operibus latiniores censet *Josephus* ille *Scaliger* (5). Quum insectaretur invidia resque civiles paullulum componerentur, Jena se subduxit, non furtim, ut livor vulgavit, sed ut virum decet; cujus migrationis in epistola quadam Ortelio apud Burmannum historiam narrat (6). Oculos ergo ad patriam torsit, et Coloniam

(1) Epistolicar. quæst. Ep. 23. A. 185 a. Epist. Woverio. B. 161 a.

(2) Lipsius ad Woverium. B. 161 a.

(3) *Crenii* animadv. philolog. P. VII, pp. 54, 55. *Bruckerus*, histor. crit. philosophiæ, edit. 2ª. *Lipsiæ*, 1767, in-4. Tom. V, p. 490.

(4) In indice libr. prohibit. Benedicti XIV, jussu edito (1758), p. 144, sic legitur : « *Lipsius Justus.* Orationes octo Jenæ potissimum habitæ, quum falsum sit hæc omnes ejus esse. » Decret. 7, sept. 1609. »

(5) Scaligerana, pp. 200 — 205.

(6) Journal des Savans. *Amsterd.*, avr. 1723, p. 444. Burman. Syll. epist. Nicéron, Tom. XXIV, p. 109.

Ubiorum venit. Ibi *Annam Calstriam*, viduam, patritia Lovanii familia genitam, duxit uxorem, sui magis animi quam amicorum impulsu. Vixerunt porro concorditer, quanquam fructus matrimonii, id est, liberorum exsortes. Saltem adfirmat ipse Lipsius (1), etsi de uxoris indole non laudabilia prædicentur; at ille qui attente de conjugio et cælibatu ad Theodorum Leewium legerit, non beatum Lipsio genialem fuisse torum putabit. Bina Socratis monita refert. Cælibes similes esse piscibus, qui alludunt circum nassam et gestiunt inire; contra, qui jam inclusi, exire : simile in matrimonio esse, quod ambiunt liberi, damnant capti. Alterum, sciscitanti cuidam uxorem annon duceret? utrumvis, inquit, feceris, pœnitebit, in quo oraculo concludit et ambiguum Leewium suæ sententiæ, non vero lectorem relinquit (2).

XIII. Coloniæ novem menses substitit : *Tacitum* primo correctum et *notas* ad eum dedit : ibidem *Antiquas lectiones* conscripsit. Inde in Iscanum suum secessit, animo destinato ruris agere et tabernaculum vitæ in quiete collocare. Bella vetuerunt, Lovaniumque compulsus, ibi ex amicorum consilio jam studiis paullo magis serio se dedit et titulum etiam jureconsulti publica sumpsit inauguratione (3) [1576]. Perpetuo tamen a foro ac reipublicæ procuratione abstinuit. Rebus publicis enim timidus absterrebat animus non Soloni hærentem, in civilibus procellis qui singulos utrilibet parti palam adjici jubebat. « Quid hæc inter literatos, aiebat? patria periclitatur,

(1) B. 161 a.

(2) Lipsius, Epist. 31, Cent. I. Miscell. B. 27 a. Bayle, dict. Bruckerus, loco citato.

(3) B. 161 b.

sed nemo eorum publicis fatis iter præcludet (1). » *Epistolicæ quæstiones* tunc lucem viderunt; et sub tempus *Leges Regiæ et Decemvirales* concinnatæ, non famæ tamen sed auditorum gratia, quibus publice interpretatus est; itemque *Livii* quædam. Interim catholicam fidem inter catholicos simulabat, mox denuo mutandus. Mutabatur etiam reipublicæ status, inprimisque Brabantia fluctuabat, ordinum fœderatorum copiis a *Joanne Austrio,* apud Gemblacum profligatis. Musæ armorum strepitu pelluntur, atque inter cæteros Lipsius. Lovanio miles regius imponitur; supellex Lipsiana, in ista rerum flamma, prope ardet; sed opportune *Martinus-Antonius Delrius*, Joanni tunc Austrio a consiliis, idemque regiis in castris judex, adfuit qui veteris amici sui res, opes, libros ac scripta, id est, vitam ipsam, ut noster nuncupat, periculo eriperet (2).

XIV. Antuerpiam sese contulerat amicos visurus quos ibi colebat plurimos, et hos inter Christophorum Plantinum cujus contubernio et domo fruebatur; nec non postea, cubiculum in quo hospitari solebat *Lipsianum* adhuc indigetatum est (3). Quoniam autem in Christophori, felicibus auspiciis, nomen incidimus, pretium erit aliqua super typographo de literis optime merito, auctorique arctissime juncto conjicere.

Plantinus, natione Gallus, post casus varios Antuerpiam sedem delegit, et mirum est a quibus initiis ad tantas opes

---

(1) Epist, 37. Cent. I. Miscell. B. 29 a.

(2) Cent. I. Miscell. ep. 14.

(3) Celebris pictor Matth. Van Brée, in tabula ostendit Moreti conjugem, Plantini filiam quæ P. P. Rubenium ad Lipsium adducit. (Vid. *Ann. du Salon de Gand*, 6e liv., pl. 24, p. 53.)

pervenerit. Ipsum variis doctrinis ornatum a natura fuisse, præfationes variis operibus ab eo editis præpositæ, tum *Thesaurus Teutonicæ linguæ* satis probarent, quamvis *Balzacius* in epist. 27 ad *Capellanum* nequaquam Plantinum latinum calluisse idioma asseruerit, et re vera Lipsium, quo hanc eidem eruditionis laureolam, cujus avidissimus erat Plantinus, conservaret, quas ad ipsum exarabat latinas literas, flandrice etiam scriptas, sub eodem involucro transmittere solitum, ac sic orbem et familiares Plantini pene domesticos deceptos fuisse. Quam opinionem unde eruerit *Balzacius* nescio, diligentior Sosiæ recentis memoriæ cultor, qui accusationem serio refellam(1). Primum impressit Antuerpiæ Plantinus ann. 1555(2).

(1) *Balzac*, loco citato, lett. 27, Liv. I. Vid. etiam *Lacroix du Maine*, et notas DD. de la Monnoye et Rigoley de Juvigny. *Paris*, 1772, in-4. Tom. I, pp. 125—126. Addatur *Prosp. Marchand*, Dict. crit. Tom. I, p. 108. Apud Burmannum, p. 259, exstat Plantini Lipsio epistola, cum istius responsione.

(2) I. La institutione de una fanciulla nata nobilmente. L'institution d'une fille de noble maison, traduite de langue toscane en françois (in-8). *En Anvers, de l'imprimerie de Christofle Plantin*, avec privilége, 1555.

Libellus hic italice in uno folio et gallice in altero, primus est quem Plantinus Antuerpiæ impresserit. Dicavit hos primos, ut ipse dicit, typographiæ fructus Gerardo Grammay, nobilis civitatis Antv. ærario, 4 maii 1555. Non est qui reperiatur.

II. Les observations de plusieurs singularités, et choses mémorables trouvez en Grèce, Asie, Judé, Égypte, Arabie et autres pays estranges, redigées en trois livres par Piere Belon du Mans, avec figures (in-8). *En Anvers, de l'imprimerie de Ch. Plantin, près de la Bourse-Neuve*, 1555, avec privilége.

Privilegium istud 20 die aug. 1555 datum est. (Clement. Bibl. Tom. III, p. 100.) Errat Maittarius, Tom. III, P. 2, p. 545, hunc librum primum esse adfirmans a Plantino Antuerpiæ impressum.

III. Flores de L. Anneo Seneca, traduzidas de latin en romance castillane, por Juan Martin Cordero Valenciano, y dirigidas al muy magnifico

Tot abundabat opificibus, ut supra centenos aureos in singulos dies expenderet (1). Thuanus, qui ann. 1576 ad Belgas venit, in Plantini ædibus, licet rebus accisis, tunc adhuc XVII prelis operas fervere memorat (2). Nuper Antuerpiæ supremum diem obiit ultimus typographii successor, quod miserando pudore nepotes, vana claris artibus nobilitate prælata, relinquere velimus non decernant; atque utinam ea mens illis esset, et scriptori erudito alicui, qui Plantinianos annales, sicuti Aldinos nuper Gallicus quidam, colligat (3)!

XV. Exinde turbis in Numidae morem circumagitantibus, sine lare, sine certis sedibus aliquandiu Lipsius discurrit : quas tandem Lugduni in Batavis posuit, ordinum vocatu, et stipendio sane perhonesto [1579] (4); obligatus in nullum tamen diem (5). Turbæ et forte voluntas annos ipsos tredecim in Batavis tenuerunt. In alto illic otio, in flore ætatis et ingenii, scripsit ediditque varia, Mauritiumque comitem Nassaviæ auditorem habuit. Initium fecit ab *Electorum libris*, *Satyram* postea *menippaeam* lusit, deinde a tumultibus ad

---

sênor Martin Lopez (in-12). *En Anvers, en casa de Christophoro Plantino, circa de la Bolsa Nueva*, 1555; con privilegio de Su Majestad.

Privilegium est 2 apr. 1555. D. *Verdussen* in MS nota hunc tertium librum à Ch. Plantino Antuerp. impressum jure dicit.

(1) Foppens, p. 181.

(2) Thuanus, loco citato.

(3) De typographio Plantiniano vid. *L. Guicciard.* in Antv.; *Wolfii* monumenta. Tom. I, P. 2, pp. 773, 780. *Malinkrot* de ortu typographiæ, p. 115, etc.

(4) Cent. Miscell. I, epist. 27. Illust. Acad. Lugd. Bat. id est VV. CCll. Icones. *Lugd. Bat.* 1773, in-4, pp. Dij Div.

(5) Rejectiuncula Sannionis cujusdam. C. 745.

ludos et spectacula conversus, *Saturnalium libros*, qui de gladiatoribus „ foras dedit. De *Amphitheatro* quædam insuper contexuit. Tum inconstantis animi scriptor propositique minime tenax *Constantiam* præcepit, et, quod in homine semper contrariis consuto non semel accidit, palmam est consecutus. Constantiam quidem malorum patientiam esse inprimis constituerat, et sane, re sic conspecta, Constantia non omnino carebat. Sub idem tempus novitius in Italia libellus prodiit, *Marci Tullii Ciceronis*, ut volebant, *consolatio :* quo scripto seipsum de filiæ obitu consolatus dicebatur. Mendacium detexit Lipsius, et fama eundo crescente, quum epistolas suas ab aliis alibi vulgari comperisset, eas ipse errantes collegit et publici juris fecit, *Epistolica institutione* in bonum juventutis adjuncta (1).

XVI. De notis in *Valerium Maximum*, *Senecam tragicum*, *Velleïum Paterculum*, et cæteris scriptis, alio loco fuse dicemus. *Politica* vero et de *una Religione liber* non prætermittenda sunt : quia illi odium pepererunt, *Coornhertio* validius quos injurioso nomine hæreticos vocabant vindicante. Eo mirabilior videbatur Lipsii severitas quo facilius Calvinistarum morem Lugduni acceperat, quamvis *cænam* nunquam celebravisset (2). Ergo conviciis lacessitus, trepidæ mentis vexatus stimulis, mobilitatis erubescens, et secretis amicorum consiliis motus, non probo abiit dolo, simulavit enim sibi spadanis aquis ad sanationem opus esse. *Spem fecit reditus*, ut profitetur, at parum digna ambiguitate *spem, non promissum* (3). « homines benignos et beneficos reperierat, sed relinquere eos religio et

(1) Miræus ubi supra.

(2) Perroniana. Genevæ, 1669, p. 198. « On dit que tandis qu'il fut à Leyde, il ne fit jamais la cène. »

(3) Rejectiuncula Sann. cujusd. Batav. C. 745.

fama adegerunt (1). » Hamburgo itaque Moguntiacum studio deflectens, ad Catholicam fidem rediit publice, triste malignis spectaculum, idque per patres societatis Jesu ibidem, apud quos scripsit ad Martinum Delrium, Leodii tunc agentem, et qui jam pridem de re sollicitaverat (2). Non defuerunt tamen qui minus sincera aut candida mente nomen dedisse ecclesiæ Romanæ, dictitarent. Hallucinatur hic Antonius Teissierius, asserens Lipsium ad Catholicos transiisse, postquam annos XLV sectariorum sacris adhæsisset; quum enim Jenæ se mutatum primo ostendit, jam ætatis erat annorum viginti quinque: inde ad annum MDXCI quo ad priscam fidem est reversus, ad summum numerantur anni XVIII, quibus illos secutus fuerit. Adversus clamitantes Lipsium *varium et mutabile semper*, hocce modo exclamat reus : « Deus fulmine suo me perdat (cogor enim aliquid pro adfectu ardentius dicere) si est aut fuit in tota hac actione mea aliquid simulatum, et omitto Deum omniscientem illum judicem, et omnia vindicantem : apud homines ipsos ita prostituam meam famam ut palam ita proditor sim et audiam? qui aliquid sinceri judicii adfert, et oculo non iniquo intuetur meam caussam, videbit ne posse quidem me aliter ambulare, quam pede recto. Quod feci, quod facio, quod faciam, securus de humanis judiciis, quibus in malignam sententiam ego quidem non sim caussa (3). »

XVII. Moguntiaco digressus cum Leodii, tum Spadæ biennium fere egit (4). Quum in Spadanis aquis fuit ad Curatores Academiæ senatumque Leidensem, super sua mente et decreto suo literas exaravit, non mutando, etsi illi aureos

(1) Epist. ad Wover. B. 161 b.

(2) Aubert. Miræus, lv., a, b.

(3) Ad Lud. Thouardum, epistola an. 1592 data. Miræus, lv., b.

(4) *Abrégé de l'hist. de Spa*, par J.-B. L. Liége, 1818, in-18, p. 103.

montes (fatendum est, ait, et benignitati habeo gratiam) offerant (1). Amicos hic reperit *Guilelmum Bergium*, in D. Lamberti decanum, Antuerpiæ post antistitem, ac demum Cameraci archiepiscopum: *Jacobum Carondeletum* cancellarium; *Arnoldum Wachtendonchum*, *Carolum Billeium*, *Petrum Oranum*, a consiliis; *Dominicum Lampsonium* pictorem et poëtam egregium (2); ejusque fratrem *Nicolaum* ad D. Dionysii decanum; *Joannem Furium* Martinianæ ædis canonicum; *Othonem Vænium;* quique per literas, una cum *Nicolao Oudarto*, auctor illi ac princeps ad mutandam sedem adfuerat, *Martinum Delrium*, sacra tunc conscientiæ jura Leodii explicantem (3). Necnon universa Loyolistarum communitas ovantibus pene lituis victoriam cecinit.

XVIII. Ob divulgatam Lipsiani discessus per Germanos famam, certatim ad se principes ubique illum vocarunt; In Italia Clemens VIII, P. M.; S. P. Q. Venetus; *Ferdinandus Medices* Etruriæ et *Franciscus Maria Roboreus* Urbinatium duces, ut omittam cardinales plurimos; in Gallia rex *Henricus IV*; in Germania *Ernestus* Ubiorum et Eburonum antistes, septemvir Imperii, ejusque frater *Guilelmus* Boiorum dux; *Wolfangus* Salisburgensium, *Julius* Herbipolensium,

(1) Rejectiuncula. C. 745.

(2) Val. Andr. Fopp. et Sax. P. III, p. 419.

(3) Vid. Delrii vitam typis Plantinianis editam; Miræum, supra. Alegambe, Bibl. script. soc. Jes. (Romæ, 1676, in-fol.), p. 582. G. Brants, Historie der reformatie. *Amst.* 1674, Tom. II, pp. 28, 29, 68, 69. Bayle, OEuvres diverses, Tom. III, p. 525 : « Cette conquête, si je ne me trompe, ne lui coûta pas beaucoup. Lipse, en sortant de Leyde, savait bien que son changement de religion était résolu, et s'il se fit prier, ou s'il disputa, croyez-moi, ce ne fut que pour la forme. »

Andreas Vratislaviensium præsules. Quin et cathedram Pisani eidem obtulere, condicta conscientiæ libertate (1); Patavini, Bononienses, non minora, nempe priores 1200 coronatos, polliciti (2). Sed omnium istorum, quos enumeravimus studia, Lovanii amor evicit, Bracbantiæ ordinibus summa cum benignitate evocantibus; quibus et suos de *Cruce* libros dicavit. Ad *Christophorum Assonvillium* tamen conqueritur de exiguitate stipendii, historiographi titulo et mille florenorum annuo non multo post congiario a Rege Hispaniarum donatus (3); præterea Lovanii mille florenos habebat (4) et præter honorarium quod illi Bracbantiæ ordines persolvebant stipendii quoque Buslidiani collegii in quo non docuit, accipiebat auctarium, a Carolo Cæsare concessum (5).

XIX. Scripsit etiam ibidem quum esset, hæc omnia : *Facem historicam*, qua obscuras Græcorum Romanorumque res perlustrare cupientibus, tanquam cereum luceret; de *Militia Romana, Poliorcetica, Admiranda Romæ, Lovanium;* notas in Plinii panegyricum et dissertatiunculam ad Principes habitam qui, anno 1599, Lovanii, more majorum, VIII kal. decembris inaugurati quum essent, postridie ejus diei athenæum sive scholas publicas viserunt Lipsiumque dicere aliquid subitaneum voluerunt. Stoïcis captus ad eorum philosophiam manu deduxit,

(1) Lipsius B. 295 b, 279 b, 280 a, 283 a, 292 ab, 227 a, 329 a, 476 a, 294 a, 285 Sqq. 283, a 332 a, 428 a, 430 a. Erythræus, p. 547. Bibl. MS. Script., Antuerp., Tom. II.

(2) Scaligerana, pp. 203—205. (*Lugd. Bat.* 1668.)

(3) Cent. 2, ad Belg., p. 430. Cent. ad Ital. et Hisp., p. 295.

(4) Scaliger, loco citato.

(5) Fasti Academici, p. 280.

Physiologia simul exposita. Tum volumen in Senecam philosophum, etiam eleganti epistola, Paulli V. P. M. nomini dicatum; huic epistolæ adolescentulus Jan. Nic. Erythræus respondit, Marcelli Vestrii Barbiani rogatu, cui pontifex suo nomine respondendi partes mandaverat; erat enim illi a brevibus (1). Sed totius scribendi cursus quasi meta fuerunt Lipsio Deiparæ Virginis Sichemensis et Hallensis laudes. Hallas visitaverat anno 1601, votum concepturus miracula ejus describendi, pennamque argenteam eidem, anno proximo, suspenderat, cum subscriptis versibus :

Hanc, Diva, pennam interpretem mentis meæ, etc. (2).

Istis versibus in quibus minus pietatis quam supercilii apparet et a quibusdam male laudatis (3), sic retulit Jo. Scaliger :

Post opus explicitum quod tot miracula narrat,
Pennam *Lipsiades* hanc tibi, Virgo, dicat.
Nil potuit levius penna tibi, Virgo, dicare,
Ni forte est levius quod tibi scripsit opus.

Epigramma quod græce versum apud Menagium videsis (4).

---

(1) Erythræus, p. 548.

(2) *Bayle*, OEuv. Tom V, p. 592. De Richebourq, ultima verba philosoph. p. 181 b.

(3) Joannes Rhomediolanensis e S. J. Variæ virtutum historiæ, Libri VII. *Lugduni*, 1644, in-4, p. 283, Lib. III, c. 3 : « Lipsii carmen pietatis atque elegantiæ plenissimum diem et sæcula feret. »

(4) Menagiana, Tom. IV, p. 223. Bruckerus, Tom. V, p. 495. Prodierunt tria in Lipsii vestem pelliceam epigrammata Rostochii an. 1610, et inde in *Schelbornii amœnit. lit.* T. V., p. 48, exhibentur. En alterum :

XX. Risere philosophorum cohors, Lipsiumque senem non jam rude donatum, ad pugnam descendere aliqui coegerunt. Sed parum certaminibus vitæ supererat. Anno M. DC. VI. kal. aprileis, e tussi, gravissimisque stillantis cerebri defluxionibus, æger esse cœpit. Decubitaturus dixit : *ad lectum, ad lethum* (1); morboque ingravescente, *Leonardum Lessium*, societatis Jesu Theologum, sibi perfamiliarem, advocavit : atque in procurandis ritu christiano sacris totus fuit. Tandem X kal. april. nocte media, anno ætatis nono et quinquagesimo, ponens caput, placide expiravit. Morienti præter domesticos, adfuêre tres e societate Jesu sacerdotes, non victoriam cessuri, et unus e sodalibus Franciscanis; oculosque amici clausit *Nicolaus Oudartus*, canonicus ac officialis Mechliniensis; humerisque studiosorum Academiæ certantibus, datus est, mediocri pompa, ut jusserat. Conditus fuit, sicut testamenti tabulis mandarat, in æde sacra Franciscanorum sodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere solitus erat. Inscriptionem vero tumulo inscribendam, quæ nunc in

---

Politiorum amator ille verborum
In brevia maluisset incidere et syrtes
Quam dictionem protulisse non rectam,
Peccans in actu mimus ecce ut extremo
Ridetur et proscenio exulat toto.
Nempe is virilem Virgini dedit vestem
Tabulis supremis; marmori titulum inscribe :
In morte fecit Lipsius *solœcismum*.

De Lipsii erga Mariam cultu V. *Hippol. Marracci*. Bibl. Mariana, P. I, pp. 807 et 842. De ipsa hac re lege quæ dicant *Casaubonus* in epist. ad Scalig. 513, p. 614, et in *Casaubonian.*, p. 6, et *Crenius* in animad. phil., P. VII, p. 15.

(1) Jacob. de Richebourcq, ultima verba factaque philos. *Amst.* 1721, in-fol. p. 182 b.

bibl. civitatis Brux. legitur, paucis ipse versibus, biennio antea fecerat.

Quis hic sepultus, quæris? etc. (1).

Quæ quum quidam interpretaretur Augustæ Russorum Imperatoris matri, bibliothecam Bruxellensem nuper visitanti, pulverem et umbram nos esse suspirans exclamavit illa. *Bayleus* autem ibi eandem ac poetæ cujusdam Galli, impietate olim famosi, sententiam odoratur (2).

XXI. Marmoreum tumulum, una cum statua, ære suo vidua excitavit : senatus vero populusque Antuerpiensis, virum de urbe ac civibus egregie meritum, sarcophago itidem marmoreo complecti voluit ; hac epigraphe addita :

---

(1) Lipsius Woverio (1604). A. VIII, IX.

Select. Christ. orbis deliciæ per F. Swertium. *Antv. Colon.* 1608, pp. 480 — 81.

Pope-Blount, censura celebr. auct. *Lond.* 1690, fol. 594.

De Richebourcq, loco citato, p. 182 b.

(2) Épitaphe du poëte Hénault :

S'il est après ma mort quelque chose de moi,
Ce reste un peu plus tard suivra la même loi,
Fera place, à son tour, à de nouvelles choses,
Et se replongera dans le sein de ses causes.

« Quoiqu'il se fondât sur une impiété, il se trouve néanmoins conforme à Juste Lipse, ce grand dévot de la Sainte-Vierge. »

OEuv. DE BAYLE, p. 536, Tom. III.

JVSTI LIPSI
QVOD CLAVDI POTVIT
HIC JACET
S. P. Q. ANTVERP.
INCLYTI VIRI
FAMÆ ORBI NOTÆ
VIRTVTI COELO RECEPTÆ
H. M. P.

Bibliothecam et scripta sua atque ingenii monimenta e sorore nepoti *Guilelmo Grevio* annos fere XIII nato legavit, et apud Woverium, dum adolesceret hæres, deponi jussit. Græcos ac MSS codices Lovaniensi S. Jes. collegio adtribuit. Flores atque arbusculas suas, quibus mirifice solebat adfici, *Thomæ Wiringo*, S. Jes. sacerdoti et *Thomæ Blylenio*, vigilum urbis Lovaniensis præfecto, amico ac vicino suo, istarum rerum curiosis dedit. Numismata vero *Dionysio Villerio*, canonico Tornacensi et *Woverio* antiquitatis in paucis amantibus et peritis reliquit (1).

XXII. Testamento autem cavit ne scriptorum suorum quicquam evulgaretur, *Nic. Oudarto* et *Jo. Woverio*, simulque *Guilelmo Warnirio* extremæ voluntatis curatoribus. « Scriptorum, inquiens, meorum, cujuscunque generis, nihil, præter edita, edi volo. Excipio centuriam epistolarum unam, et (si otium erit) alteram, a me collectam et sepositam. Si quis aliter, quocumque fine aut titulo : sacer atque intestabilis esto,

(1) Miræus, Bibl. Eccles. pars altera. *Antv.* 1699, in-fol. pp. 175, 176.— Cap. 158.

et Deus vindicato in ipso posterisque. Caveat (1). » Quas posthac diras usurpavit nobilis femina *de Gournay* (2).

XXIII. Symbolum : *Moribus antiquis;* et ad istud lemma Erycius Puteanus :

Lipsius hoc *priscis* ornavit *moribus* ævum :
An mirum? priscis par erat ille viris.

Gerardus Corselius pro funere. Laudavit doctorem suum Erycius Puteanus, et Gaugericus Rivius J. C. principatum literarium J. Lipsii expressit. Epitaphia, nænias et elegias luserunt varii quos *Fama Posthuma* suppeditat. Academia Lugdunensis epicedia in ejus obitum quoque evulgavit, similiter Sebastianus Rolliardus J. C. Parisiensis. Poemata Lipsii hinc inde sparsa collegit Franciscus Swertius, ut videbimus (3). Sed detrectatorum strepitus collaudantium concentui mixtus est. A Lipsio lacernam pelliceam Divæ Hallensi relictam aiebant, quod ejus miracula, quæ tantopere in coelum laudibus effe-

(1) Miræus in vita L. *Niceron*, Tom. XXIV, pp. 115—116.

(2) V. *Mélanges hist. et phil. de M. Michault*, avocat au parlement de Dijon (*Paris*, 2 vol. in-12, 1754), p. 136. « Si ce livre me survit, je défends a toute personne, *telle qu'elle soit*, d'y ajouter, diminuer ni changer jamais aucune chose, soit aux mots, ou en la substance, sous peine à ceux qui l'entreprendront, d'être tenus pour détestables aux yeux des gens d'honneur, comme violateurs d'un sépulcre innocent, et je supprime même tout ce que je puis avoir écrit ci-devant, réservé la préface des *Essais*, en l'état que je la fis imprimer l'an passé, si je n'ai le loisir de l'amender avant mourir. Les insolences, voire les meurtres de réputation que je vois tous les jours en pareil cas en cet impertinent siècle, me portent à lâcher cette imprécation. » L'*Ombre de la demoiselle de Gournay*. Paris, 1626, in-8, et les *Avis ou Présens de la demoiselle de Gournay*. Paris. 1635, in-4.

(3) Swertius, Ath. Belg., p. 501.

rebat, frigerent ad populum (1). Thom. contra Sagittarius qui postea Jenæ professus est, librum sub hoc titulo edidit : *Lipsius Proteus, ex antro Neptuni protractus et claro soli expositus.* 1625, in-8.

XXIV. Lipsius in senatum quem rerum et status vocabant, adlectus fuerat, quamvis, pro veteri suo decreto, nunquam in curruli sederit. Animum studiis fessum ut revocaret aut reficeret, flores et hortos impense coluit, bulbis tuliparum præsertim ab noto ignotoque orbe, per *Rembertum Dodonæum, Carolum Clusium,* et *Joannem Brisotum,* rerum hortensium in paucis peritos, perque amicos alios studiose petitis. « Heus tu, Lernuti, Lugduni Bat. ann. 1579 scribebat, est quod a te serio petant mei horti. Non magnum aliquid, sed illud idem quod hortus tuæ, seminari. Itaque si quid seminii tibi superet, non illius Plautini (apage nuptiales nunc nugas) sed istius hortensis : quæso hoc nuncio mitte. Habeo enim et colo hic in ipsa urbe hortum, amoenum potius quam grandem, concessu nostri Hauteni. Pro eo ad Venerem natum mihi here hoc carmen. Quidni enim frivola mea mittam, ut eliciam gemmulas tuas? ita callide captator sum : nec nego. » Et carmen subjungit (2). Amavit etiam a puero canum omne genus, ac Lovanii tres fere aluit, gradu quodam magnitudinum discretos : *Saphyrum* catellum, gente Batavum; *Mopsulum* catulum, domo Antuerpia, et *Mopsum* canem, gente Scotum.

---

(1) Erythræus, p. 548. Acta eruditorum 1697, pp. 326—327. Uxor Lipsii, ex jussu mariti hanc lacernam Virgini obtulit, sed quum doctus sacris nihil proficeret pannus, in *Corselii* manus pretio venit, qui in memoriam amici Lipsiana toga usus est, et pretium piis rebus adhibitum fuit. *Niceron*, Tom. XXIV, p. 113.

(2) Cent. I, miscell. Ep. 27, p. 24 b. B. 155. D. 397 a.

Hos et in tabula depingi jusserat, et notas ac carmen cuique, quæ plures retulerunt (1). *Saphyrus* forte depingitur in tabula quam sub nomine *triadis philosophorum* norunt (2).

XXV. Revera, nec semel dicemus, mutabilis fuit Lipsius, et quid de religionibus sentiret, antequam a Loyolistis occuparetur, anceps. Cæterum optima ei indoles, in amicos facilis, et multa perpessus in adversos haud immitis. Ductores sapientiæ secutus est qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia : potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum neque bonis neque malis adnumerant (3). Attamen literariæ laudis amator placere studebat et facile criticorum injuriis, etsi placidus, offendebatur. Eruditionis plus quam ingenii habuit, quod scriptorum istius sæculi vitium, qui antiquitatis vestigiis inhærentes, in arctum desiliebant. Sed, quum literæ renovatæ sunt, magnorum scriptorum opera istis immensæ molis pyramidibus AEgypti hieroglyphos arcanaque tegentibus, similia stabant. Intelligere urgebat et omnes ad interpretationem festinavere. Qua in parte eluxit Lipsius, in politicis non ita magnus. Ignotas etiam vias dux ingressus est : ingenium docile et plurimorum capax, præter poesim et musicam : judicium satis rectum : loquela prompta nec sine venere in publico : privatim restrictus magis et minus amoenus. In cultu, gestu, sermone modicus, adeo ut exterorum qui Lipsium vi-

---

(1) B. 390 sqq. et alibi. B. 99. a. *Swertius*, Selectæ Chr. Orb. del. pp. 480—481. *Ulysses Gallo-Belgicus*, etc.

(2) Erravit D. V. *Marro*, quum in *Biogr. univ.* Grotium unum esse e tribus credidit.

(3) Tacit. Hist. IV, v.

debant, sæpe requirerent (1). Quod superest corpus et facies non indecora, utique ante hepatorium morbum, quo ad vitæ exitium cruciatus est (2).

Restat nunc ut de scriptis Lipsii dicamus, multa illius parte, quod infra tentabimus, ordinem editionis Plantinianæ Moreti an. 1637, secuti.

---

(1) Sic Lipsius ad Woverium de sese ipso; tamen Gallus quidam addit : « Ceux qui ont connu particulièrement ce grand homme, ont remarqué que quelqu'excellens peintres qui aient entrepris de faire son portrait, et quelqu'application qu'ils y aient apportée, ils n'ont jamais pu lui donner une ressemblance parfaite, comme y ayant en lui quelque chose de divin, à laquelle leur industrie ne pouvait atteindre. » Académie des sciences, etc., par Isaac Bullart. *Amst.* 1782, in-fol. Tom. II, pp. 190—200.

(2) Jo. Herm. Furstenau de morbis jureconsultorum epistola, etc. *Francof. ad Mœnum*, 1721, in-8, pp. 36. « M. Furstenau cite comme exemple d'une maladie ordinaire aux gens de lettres, les longues douleurs d'estomac qu'éprouva Juste Lipse, douleurs accompagnées d'une fièvre, dont les accès étaient irréguliers. Il fut délivré de cette maladie, par un purgatif qui lui fit vider une masse énorme de pituite visqueuse, laquelle, par sa figure, ressemblait à un long intestin; en sorte que le malade crut d'abord avoir rendu tous ses boyaux; mais son médecin *Heurnius* (*) le rassura, et lui dit que le purgatif, en chassant cet amas de pituite gluante, avait emporté la cause d'un mal si fâcheux et si invétéré. Peut-être ce corps étranger, que l'on prenait pour une pituite figurée dans le canal intestinal, n'était-il autre chose que le ver solitaire, appelé *tænia*, et dont la sortie est quelque fois l'effet de certains purgatifs pris dans des circonstances favorables. »

JOURNAL DES SAVANS, *édit. d'Amsterdam*, *décembre* 1722. p. 663.

De morbis Lipsii vid. etiam Huetium. Comm. de rebus ad eum pertinentibus. *Amst.* 1718, p. 372.

(*) *Heurnium* medicum laudat Lipsius B. 60 b. in Epist. Florentio Thiunio.

PARS ALTERA.

Fungar indicis partibus.
PLIN. Lib. III, Ep. v.

CAPUT I.

DE QUIBUSDAM SCRIPTIS LIPSII OPERIBUS PRAEFIXIS.

XXVI. Priusquam Lipsii penetralia ingrediamur, quædam aliena, parvam magnæ domus porticum, cursim inspicere haud absurdum erit.

JUSTI LIPSI SAPIENTIÆ ET LITERARUM ANTISTITIS FAMA POSTHUMA (1).

Farragini elogiorum numeris infelicius conclusorum succedit

AUBERTI MIRÆI VITA LIPSIANA (2).

Doctorem suum Miræus ex ipsius potissimum scriptis concinnavit, ipsissima Lipsii verba plerumque usurpans, eadem-

(1) Antv. 1607, in-4.

(2) Altera edit. auctior et emendatior. *Antv. apud Martinium*, 1609. in-8. Item in libro : Vitæ Eruditissimorum in re literaria virorum collectæ a M. Christiano Henrici, 1713, in-8.

que fere in *Elog. Ill. Belg.* repetens. Non sine decore adumbratum est hoc opus, quamvis, fuco ob religionem facto, non bene sapiat congestis in molem laudibus. Illo ex fonte omnes qui de Lipsio egere sitientes hauserunt; sc. :

Melchioris Adami vitæ philosoph., etc. p. 216.

Freheri Theatrum vir. doct. p. 1501.

Jani Nicii Erythræi Pinacotheca 3ª. N. I.

Nic. Vernulæi Academia Lovaniensis. Lov. apud P. Sassenum, 1667, in-4, pp. 169—170.

Les éloges de M. De Thou, et les additions de Teissier, Tom. II, pp. 381 et 432.

Is. Bullart. Académie des sciences, 1682, in-fol. Tom. II, pp. 193—200.

Jo. Casparis Zeumeri vitæ professorum Jenensium. Jenæ. 1711, in-8. Hic plura ab aliis omissa retinet.

Bayle, Dictionnaire, etc. Édit. de Rotterd. 1720.

Baillet, Jugemens des savans, etc. Amsterd. 1725, Tom. V, pp. 172—179 et alibi.

Niceron, Tom. XXIV, pp. 105—138.

Jacob. Bruckeri historia critica Philosophiæ, ed. 2ª. Lipsiæ, 1767, in-4. Tom. V, pp. 487—499.

Encyclopédie, Neufchâtel. 1765, Tom. XV, pp. 532—533; iterum : OEuvres de Diderot, publiées par Naigeon, Paris, an VIII, Tom. VII, pp. 339—343.

Biographie universelle, etc., etc.

XXVII. Lipsii prope infinita numero encomia hic indicare non nostrum est, meliusque ducimus aliquid desiderari, quam sterili abundantia moveri fastidium. Supra quam satis elatus

est auctor ille : *Literarum sæculi sui lumen* Scaliger appellat; Raphelengius *Trismegistum doctorumque solem;* Dousa *Senatus eruditorum principem eruditissimum;* Gruterus *amorem Musarum;* Casaubonus *præstantissimi ingenii eruditissimum et clarissimum virum;* Scribanius *gloriam temporum,* quo *nihil exactius eruditiusque est;* Vernulæus *ocellum Belgii, universi phœnicem* (1). Politi homines atque elegantes hoc laudis opimum, et tanquam adipatæ dictionis genus suis auribus ineptum, non adsciscunt. Eo acrius quidam Lipsium urserunt. Scioppius, literatorum istud flagellum, duriuscule deturbavit. Eximium criticum fuisse dixit Clericus, at in cæteris parvi judicii. Quam Perizonius (2) assertionem refellit; neque tamen herbam dedit Clericus. Responsum istius ad notas remisimus, ne pugnent inter se linguæ, auresque satura vexent (3);

(1) V. Mart. Hanck de scriptor. rerum rom., etc.

(2) Jacob. Perizonii Q. Curtius Ruf. restitutus in integrum et vindicatus per modum speciminis a variis accusationibus et immodica atque acerba nimis crisi viri celeberrimi *Jo. Clerici. Lugd.*, 1703, in-8.

(3) Sic respondit Clericus, Tom. II. Bibl. choisie, an 1704, p. 185 et sqq. « J'ai dit que Juste Lipse était un grand critique, mais un homme de très-peu de jugement en toute autre chose; et je ne m'en dédis pas..... Je suis persuadé que M. Perizonius lui-même ne fait pas grand cas de tout ce que Lipse a écrit, excepté ses œuvres de critique et de philologie. C'est là le sentiment de tout le monde, et l'on peut consulter là-dessus les hommes illustres de De Thou, et le dictionnaire de M. Bayle... M. Perizonius prétend que quiconque n'aura que peu de jugement en autres choses, n'en aura pas beaucoup en matière de critique, qui est une science qui est *toute de jugement.* Mais il faut bien que quand on ne cultive son jugement qu'à l'egard de certaines choses, et quand on néglige les autres, on l'augmente par rapport aux sciences que l'on étudie, sans l'augmenter à l'égard des autres choses. Il n'y a rien de si commun que de voir un homme qui excelle en quelque science, et qui témoigne très-peu de jugement quand il parle

sed et nos in eandem sententiam rectis ire pedibus lubentes ultro testamur.

Inter ea quæ de Lipsio pronunciata sunt non transmittenda est quasi effigies qua *Voltarius* a *Frerone,* sub nomine Lipsii depingitur (1).

XXVIII. Sed pergamus ad finem indicis eorum quæ Fama Posthuma perhibet. Vitæ Lipsii subsunt :

Oratio in funere habita *Lovanii III. kal. april.* 1606, *a Gerardo Corselio J. C. et antecessore* (2).

Justi Lipsi principatus literarius *a Gaugerico Rivio J. C. et in suprema curia Belgica Mechliniæ caussarum patrono, scriptus ad ritum priscum* (3).

Nescimus quid velit ritus iste priscus, non sane venerandæ antiquitatis ritus. Apertius apparet fere nihil inde expromi posse. *Montacutius* contra principatum Lipsii non agnovit « Qui vir *(Casaubonus),* inquit, literati senatus facile princeps post *Josephum Scaligerum* (nam de Justo Lipsio nequidem ampliandum, etc. etc. . . . .)..... neque enim satis est quod adseruit sibi aliquando J. Lipsius *legisse patres græcos* lati-

---

des autres. Lipse aurait aussi bien réussi en théologie et en politique qu'en matière de belles-lettres, ce que personne ne croit. La raison de cela est que ce sont des sciences à part, et qu'on peut fort bien ignorer, quoiqu'on soit habile dans la critique. »

(1) Année littéraire, vie vol. (1775), p. 305.

(2) E Rivii typis, 1606, in-4.

(3) Antuerpiæ, typ. Plant., 1607. in-4.

nosque (1). » Nec solam hanc provinciam neglexerat, nempe si patres græci non ab eo tenebantur, nostrorum temporum, præsertim Belgii, historiam et græcam linguam minime foverat.

XXIX. Huetius ultimum in hoc caput : « Græca eo dicendi genere digessit, quod quantumvis multorum applausu sit receptum, mihi sane nunquam probatum est; intercisus enim ille sermo, et vibrantes sententiæ indoctorum adolescentium, vel imperitæ, si forte, multitudinis approbationem commovere possunt; sanis vero auribus, et veræ ac Tullianæ eloquentiæ usu subactis placere non possunt. Quod si intra Romanæ antiquitatis cancellos et latinorum auctorum δρύφακτα, intactis græcis, sese continuisset, perpaucos omnino habuisset pares, neminem certe superiorem (2). » Quæ verba non dextre cepit *Bajuletus*, animadvertente *Menagio* (3). Attamen, quamvis in græcis non firmus staret Lipsius, puerili ritu unum et alterum graiæ togæ pannum vulgo orationi, isto decore

(1) Analect. Eccles. excrcitationum, præf. A. 3. *Lond.* 1662, in-fol.

(2) De Clar. Interp., p. 176. Vid. etiam Buleng., Liv. XII, hist. Scaligeran. post., etc.

(3) « Lipse avait une démangeaison plus qu'écolière pour faire paraître qu'il savait du grec : et il faisait gloire d'en insérer souvent parmi son latin. En quoi il est blâmé avec beaucoup de justice par Casaubon : c'est-à-dire par M. Huet. » Baillet, jug. des savans, Tom. II, P. II, p. 157. « Casaubon ne dit rien de semblable de Lipse dans le dialogue de M. Huet, et M. Huet aurait eu grand tort de faire blâmer Lipse par Casaubon pour ce mélange de grec et de latin, puisque c'était le défaut dont on accusait Casaubon. etc. » Ménage, Anti-Baillet, p. 42.

In hunc errorem lapsus est Bajuletus non caute vertendo verba *intercisus sermo*, quæ de mutilo Lipsii sermone audit Abrincensis.

minus ornatæ quam hirsutæ, assuebat (1). Illum vero alienam mentiri scientiam voluisse, dicere haud æquum est, quum ingenue in epistolis scripserit : « vidimus aliquid in græcis sed haud multa supra vulgum : et satis mihi, si haurio ex ea lingua quæ ad animi aut scriptionis meæ usum (2). » Non sane similis pluribus qui quod nesciunt calumniantur, studia græca laudabat, sicuti perspiciendum est ex literis quibus *Antonium Fabrum*, legatum Regis Galliæ, ad græcanica vocat (3).

XXX. De Lipsii latinitate et ipsius in philosophicis, historicis atque poeticis scientia ultra progredientes loquemur, nam vocat carbasus austros. Pone Gaugerici libellum sequitur :

ERYCI PUTEANI LIPSIOMNEMA ANNIVERSARIUM SIVE *J. Lipsii V. C. laudatio funebris, die anniversario habita* (4).

Non placet declamatio : Erycium in deliciis habebat Lipsius. Vita moribusque modestum, ingenio ad optimas artes facili et tenaci, versu et prosa bonum hunc adhuc juvenem prædicaverat : aliquid Justi etiam in vultu ac voce ejus esse nonnulli confessi sunt, præsertim qui Lipsium ea ætate novere (5); tamen si doctoris vitia, paucas dotes habuit, et ingenium illius ad universa circumversum, quo distentius eo debilius fuit (6).

---

(1) *Marron.* Biog, univ. art. *Lipse.*

(2) Epist. 56. Cent. II. Misc. B. 93 b.

(3) Ep. 76. Cent. ad Germ. et Gall. B. 354 b.

(4) Plant. 1607, in-4°.

(5) Fopp., p. 165.

(6) Pope Blount, Censur., p. 891. Niceron., Tom. XVII, p. 209. Paquot, édit. in-fol., Tom. III, pp. 90—103. Coupé, Soirées littéraires, P. VIII, pp. 177—185. Biogr. univ.. Tom. XII, p. 322, etc.

XXXI. Justi Lipsi defensionem Posthumam *Carolus Scribanius* Soc. Jes. Theologus, amico bene merenti posuit (1) nec feliciter caussam agit caussidicus ille. Inter alia quærit an Lipsius fuerit inconstans, an sensus suos de religione apud Batavos presserit, an coactionem in religione inducat, an ustionis et sectionis auctor, etc., quibus responsa, quum res postulabit, submittemus. Accedit deinceps

Justus Lipsius Catholicus sive de vera J. L. religione catholica dialogus Arnoldi a Boecop usipiopolitani (2).

Van Boecop hoc opusculum concinnavit antequam sacra iniret. Nihilhominus Lipsium Proteum diu fuisse manifestum est. Audi Boeclerum in suis ad studiosos consiliis : « non fuit operæ pretium singula examinare, quum potius universim monendi sint juvenes studiosi, ne tales quæstiones Lipsio velint magistro discere, qui ubique sibi similis est; id est in re theologica aut quocumque modo ad religionem pertinente, lubricus, anceps, vagus, in omnes formas mutabilis; qui modo aliquid largiri, modo adimere rursum cupiat, idque necesse est accidere homini vera religione nunquam imbuto, sacrarumque literarum penitus experti (3). » Atque ista aperte ostendit vitæ tabula, nam de senio illius, ad Loyolistas turpiter labante, eorumque argutiis pene oppresso, decet ut sileam.

XXXII. Tandem adeamus *Assertionem Lipsiani Donarii adversus Gelastorum suggillationes a Joanne Woverio* Antuerpiensi scriptam (4). Lovanii domo et contubernio Lipsii usus,

(1) Antv. Moret. 1608, in-12.
(2) In fama posth. (edit. 1613, p. 272 et sqq.)
(3) Pp. 378—79, Tom. III. J. Boecleri, oper. Argentor., 1712.
(4) Antv. 1607, in-4.

magistrum suum adversus *idolomastices* vindicat, qui miracula Virginis et pelliceam vestem Lipsii ludibrio habebant.

Nunc ad opera Lipsii quæ maxime ad nos spectant, haud mora, manum conferamus; quæ antea in easdem res exposita fuerint, quæ nova detexerit faustus antiquitatis indagator, et quæ circa hæc adversi aut fautores dixerint, chronologico variarum editionum indice libellum claudente, breviter delineabimus.

CAPUT II.

VARIARUM LECTIONUM LIBRI III.

Ex fumo dare lucem.
Hor. *De Art. poet.*

[1569 AUT POTIUS 1567. (1)]

XXXIII. Commentarios adunco suspendunt naso nostrates atque, aut doctrinæ despectu, aut ingrata mente, labores improbos eorum qui antiquitatem excoluere, parvi faciunt. Igitur commentatores iis videntur pares esse qui, cuniculis immersi, non sibi sed aliis aurum effodiunt, et libri eorum, numis similes pariter aureis quibus utimur, non cudentis nomen sciscitantes. Attamen revera nemo æstimare literas et scriptores veteres serio potest, quin simul ista existimet. » Quæ enim sanitas aut puritas iis absque his notis, imo quæ vita? ævum avorum cogitent et ævum nostrum : illo squalor et horrida barbaries vixerunt; hoc typographia nata, bona sane studiorum nutrix sed audax sæpe, lucri cupida, et quæ non minus vere corruptrix librorum audiit, quam propagatrix. Quod autem remedium adversus utrumque; nisi censoria ista, ut ita loquar, spongia? (2) »

(1) Vid. partem III, ann. 1569.

(2) Lipsii præfatio criticorum. A. p. 3.

XXXIV. Eandem fere formam librorum occeperant Budæus in *Philologia;* Franciscus Floridus Sabinus *in Lectionum succisivarum libris III;* Petrus Nannius in Σύμμικτῶν *seu Miscellanearum decade,* Brodæus etiam in *Miscellaneis;* Turnebus in *Adversariis;* Paullus Leopardus in *Emendationibus et Miscellaneis;* Adrianus Junius in *Animadversis* et Publius Victorius in *Variis Lectionibus* (1), etc., etc. Quatuor Lipsii initio libelli fuerant : secundum subduxit, qui de convivio ejusque ritibus, quia postea plenius in antiquis ea est exsecutus. Sed et de *Pronunciatione,* quod ibi injectum, in proprio suo libro dedit (2). Granvillano *Lectiones* adscripsit an. 1566 (3), excudit 1569 et forte antea.

XXXV. Narrat ipse in proœmio de *Pronunciatione* (4) sibi, adolescens in Italiam quum venisset, acre desiderium res antiquas cognoscendi et viros, qui eas docti; inflammabatur cupidine doctrinæ veteris : et magni apud eum omnes, qui in ea essent magni. Inter quos M. *Antonium Muretum* jure censebat. Itaque Lipsio crebra ad illum itio : nec facile reditio, nisi cum fructu aliquo, et velut doctrinæ spico, quod colligebat ex fertili arvo. Cum peræger adhuc et novus ad illum viseret, tunc æstivantem in Quirinali (nam patronus ejus Hyppolitus Estensis, domum habebat in crepidine ipsa collis), lectionis, in horto, totum reperit. — « Vacasne, Murete? an Intempestivus advenio, dic, sodes, et abeo. — Tun' Lipsi es? inquit. Ignosce, dum unum te video, te non video. Quidni enim videre te dicam et tenere in hoc libello, in quo imago

(1) Petri Victorii Variar. Lect., Lib XXV. *Florentiæ*, 1553, in-fol.

(2) Ad Lectorem. A. 13.

(3) *Lovanii, kal. jun.*

(4) Cap. I. A. 445.

ingenii tui tam expressa? nostin' hunc? [Et simul *Varias* propius admovit, quas Antuerpia erat nactus (1)]. »

XXXVI. Quum valde laudaret Muretus, erubuerat juvenis. — « Et ita ne properiter, inquit, ad te hæ nugæ? quæ quidem delatæ in tam cultas istas oras, audace nimis et infelice penna. Placituras eas aliis qui sperem? odi ego pater. « Quum plura adjiceret : » parce, parce, ait jam severior Muretus, in adfectata ista severitate peccas. Nam ut libere et ut mos meus dicam, non ego librum tuum usquequaque a culpis præstem (video alibi in stilo juvenilem luxuriem, in censuris calidius judicium) sed tamen nec vinum, vinum esse desiit, si aquæ in eo aliqua pars : nec liber tuus adprobus, si labeculæ interspersæ aut errores. » Judicium Mureti confirmavit et Lipsii ætas et postera, *Variarumque Lectionum* integer stat honos; imo plerique stilum Ciceronem subolere dicunt (2), et meliorem esse quam in multa scriptorum ejusdem parte. Quid amplius? *Scioppius,* iste recentium Zoïlus, etiam *Lectionibus* pepercit (3).

XXXVII. Opus illud Ciceronis, Propertii, Varronis potissimum, tum Catulli, Asconii, Sallustii, Valerii et Macrobii, Catonis Censorii, Lucilii, Ennii, Lucretii, Afranii, Pacuvii, Agellii, Nonnii, Cæsaris, Virgilii, Plutarchi, Appiani et Festi locos illustrat. Novi exempli textus Ciceronis factus est a *Dionysio Lambino,* an. 1566; in-fol. voll. 4, quem semel vituperat Lipsius. Antonius Muretus Catullo notas addiderat *Lugd.* 1554,

(1) Quod Niceronis opinionem confirmat Varias Lectiones ante ann. 1569, editas fuisse.

(2) Aub. Miræus in elog., p. 142.

(3) De Arte crit., p. 11.

in-8, simul ac Lipsius Propertium tractavit Canterus in editione apud Plantinum impressa anno 1569. Tum etiam H. Stephanus Varronem edidit cum Josephi Scaligeri in libros de lingua latina conjectaneis et appendice conjectaneorum. Antecessores Lipsius in litem aliquando vocat et sæpius felix evadit. Ast modestus semper loquitur auctor, utque juvenem decet; non debellandi studio contra literatos homines, et quibus summa omnia tribuebat, disseruit; sed servandæ antiquitatis grata (1); nec duras Scaligeri aut Salmasii voces adhibens, ad moderationem adcommodatus (2).

(1) Lib. III, C. XXVI.

(2) Vid. inferius, § LXXXIII. Privilegium Cunerus Petri de Brouwershauen, pastor Sancti Petri Lovanii, dedit 7 junii 1568. A. 66.

CAPUT III.

ANTIQUARUM LECTIONUM COMMENTARIUS.

[1574 AUT CERTIUS 1575.]

XXXVIII. Commentarius ille in quinque libros tributus, totidem insuper primum habiturus erat. Quo minus id præstaret auctor temporum iniquitas et varietas ejus fortunæ fecerunt; quæ (sic enim loquitur) ut in agris fructum subita calamitas, ita suppresserant speratam fecunditatem ingenii ejus (1). Plautum præcipue illustrant *Antiquæ Lectiones* ad eandem formam ac priores redactæ. Nondum Sarsinas vates integram munditiem obtinuerat, nec obtinuit, edaci tempore truncatus. Comœdiæ XX primum e MS florentino prodiere *Venetiis, opera et impendio Joannis de Colonia Agrippinensi, et Vindelini de Spira, an.* 1472 *in-fol.*, cura Georgii Merulæ alexandrini statielensis; In præfatione legitur omnia exempla Plauti quæ exstarent, ab uno exemplari ducta esse, eamque ob caussam Plauti correctionem difficilem esse (2). Inde Tarvisii 1482, in-fol., opera et impendio Paulli de Ferraria atque Dionysii de Bononia. Post Merulam recognitæ Plauti comœdiæ ab ejus discipulo sunt Eusebio Scutario, vercellensi, Mediolani 1490, in-fol. in officina Ulderici Scinzenzeler, ipsius et magistri Joannis Legnani opera et impendio. Plures subierunt

(1) Ad Lectorem. A. 69.

(2) Brixia liter., Tom. I, p. 2.

editores a quibus Plautinus male tractatus est textus, dum quisque eum ad metri, quod sibi finxerat, leges, addendo, detrahendo, mutando, revocare conatur; quod animadvertit Simo Carpentarius qui Plautum Lugduni, an. 1513, et Nic. Angelius qui Florentiæ ann. 1514 et 1522 edidit.

XXXIX. Aldina editio Venet. 1522, in-4, in titulo ipso carmina Plauti magna ex parte in mensum suum restituta promittit, et Franciscus Asulanus, in præfatione, profitetur se exemplar ab Aldo et Erasmo castigatum typographis exscribendum proposuisse. Sed hæc tota professio est falsa. Nam Angelii repetit, et correctiones Aldi et Erasmi ad vitia typographica pertinent. Hanc Aldinam Roberti Stephani editio sequitur, quæ prodiit Parisiis 1529, in-fol. Gybertus Longolius processit 1530 et 1538 (1). Sospitator Plauti jure dicitur Joachimus Camerarius, qui quinque primum comœdias recensuit, an. 1545, in-8; dein totum Plautum ann. 1551 et 1558, in-8. editum Basileæ, cum fragmentis a Georgio Fabricio collectis, et præfixa ejusdem Camerarii de carminibus comicis dissertatione. Usum se esse testatur membranis antiquis Viti Verleri Franci, quem Lipsiæ comœdias Plautinas interpretantem audierat, deinde antiquissimis bibliothecæ Palatinæ. Operam ejus in Plautum navatam eximie laudat Dousa, *Explan. Plaut.* p. 108. Ipse dicit nullum esse prope versiculum sine aliqua emendatione sua. Hinc igitur sequentes editiones fluxere, ut *Plantiniana,* cum castigationibus ejusdem Camerarii, Coelii secundi Curionis, Jo. Sambuci, Adr. Turnebi, Adriani Junii, Caroli Langii et aliorum, Antv. 1566, in-12; *Basileensis Hervagiana,* an. 1568, in-8, in qua præter castigationes jam

(1) Comœdiæ Plauti selectiores cum notis Longolii. *Parisiis*, 1530, in-4. Editio integra. *Colon.* 1538, in-8.

memoratas variorum doctorum et Caroli Langii lectiones in Plautum occurrit Andreæ Alciati mediolanensis de Plautinorum carminum ratione libellus et lexicon Plautinum. Basileensis Andreæ Cratandri, an. 1573, in-8 (1).

XL. Non omnia perfecta erant quum Lipsii Plauto fax splenduit. Idem quum eloquentiam publice doceret in Academia Jenensi, his verbis solebat studiosæ juventuti lectionem Sarsinatis commendare, ut a quodam ejus auditore adnotatum est : *Diligenter legite Plautum, plus est doctrinæ in Plauto quam in Terentio : nihil potest utilius legi post Ciceronem : hic est qui proprietatem, qui puritatem suppeditat, qui urbanitatem, jocos, sales et eam atticorum venerem quam frustra in reliquo Latio quæras* (2). Addendum erat vim comicam Plauto calidiorem inesse, vatemque istum acute vitæ morumque exemplar respexisse. Constat ex epistolis Lipsium semper sensisse eadem. « Stilum autem, scribit F. Raphelengio, meo judicio Plautus et Cicero tibi perficient, apta quadam, et quam ex me sæpe audisti, mixtura (3). « Et in *Epistolica Institutione :* » Verborum proprietas a quibus petatur melius? a quibus phrasium ille nitor atticus? jam venus et lepor et comitas a quibus uberius hauriatur, quam a meo comico? Plautum enim hic solum intelligo; et præpono (nec impono : quia ex animo ita sentio) omnibus, qui in Latio aut Græcia imbuerunt chartaceum hoc æquor (4). »

XLI. In Plauto corrigendo exemplaria quatuor cum cura ipse vidit. Tria Romæ in Vaticano : e quibus duo in primore

(1) Jo. Alb. Fabr., Bibl. latina, nunc melius delecta a Jo. Aug. Ernesti. *Lipsiæ*, 1773. Tom. I, pp. 15—18.

(2) Id. p. 23, n. c.

(3) Cent. 1. Miscell. ep. 77. B. 53 a.

(4) B. 538 b.

bibliotheca inter libros, ut sic dicam, proletarios habebantur, tertium optimæ notæ servabatur in bibliotheca interiore. Quartum bona fortuna in Rauracis Lipsio obtulit; quum ad Sequanos iens, illac transiret communicavit vir nobilis Antonius Roverius, civis Ro. Laudat interdum et codicem *cassinatem*, sed fide aliena. Nam ab amicissimo Fulvio Ursino Plauti exemplar acceperat, quod Benedictus Hegius olim cum illo codice studiose composuerat, et suapte manu varietatem lectionum adnotarat (1). In Lipsii poematiis n° 17. hendecasyllabos leguntur ad *Janum Hautenum* qui versionem Belgicam aliquot Plautinarum comœdiarum impressit, nec multo post novi exempli recensio facta est per Dionysium Lambinum, cum commentariis ab ipso institutis, sed perfectis, quum mors ejus intercessisset, ab collega illius Jo. Helio: eaque primum prodiit Parisiis 1577. (Vide, ad calcem, *Bibliothecam Lipsianam*).

XLII. Cum Plauto Propertius inprimis, deinde Nonius Marcellus, Dio Cassius, Petronius Arbiter, Agellius, Cicero, Seneca tragicus, Tacitus, Varro, Livius, Macrobius, Suetonius, Ennius, Seneca philosophus, passim explicantur. Propertii exemplaria quatuor laudat: primum e Bibliotheca Farnesiana, alterum Vaticana, tertium a Fulvio Ursino, quartum a M. Antonio Mureto (1). Propertius primum an. 1472, cum Catullo et Tibullo prodiit (3). Venetam Editionem an. 1475, in-fol. codicem insignem MS juxta æstimat Broukhusius. Beroaldus notas in Propertium fecit quas continet edit. veneta an. 1500, additis notis Domitii Calderini et Joannis Cottæ,

(1) Ad Lectorem. A. 69.

(2) Ad lectorem. A. 69.

(3) Bibl. lat. I, p. 435.

curante Hieronymo Avantio. Postea Canterus recognovit an. 1569 (1), apud Plantinum, veluti jamjam diximus. In animadversionibus vero suis Lipsius, emunctæ naris et elegantem virum saepe monstrat, nondum ponderosæ istius critices assectator. In tertio antiquarum Lectionum sermonem convivialem introduxit, ibique conviviorum veterum ritus proponuntur, et in eam rem varii scriptores commendantur aut explicantur. Dissertatio hæc amœnæ formæ inter Lipsium, Lud. Carrionem (2), A. Deinium et F. Martinium habetur; quam laudat Rosinus in proœmio lib. V. *Antiq.* his verbis : « De mensis et conviviis veterum eleganter Justus Lipsius vir clarissimus, cui me aliquando operam dedisse haud pœnitet, in III. Antiq. Lect. libro (3). » Disputationi miscentur mediocres versus, et ad finem reposita sunt Deinii epitaphia.

(1) Bibl. lat. I. p. 92.

(2) Ille *Antiquarum* quoque *Lectionum* libros III scripsit ann. 1578. Plant. in-8. Vid. Fopp. p. 829.

(3) Joan. Rosini Barth. F. Rom. antiq., edit. Schotti, *Coloniæ*, 1619. in-4. p. 671 a.

CAPUT IV.

EPISTOLICARUM QUAESTIONUM LIBRI.

(1577.)

XLIII. Opus illud amplissimo Bracbantiæ Cancellario sacrum est (1). Titulum ex Varrone habet qui Terentius *Epistolicas Quæstiones* scripserat, quas laudant Servius (2) et Charisius, et quæ, apud Gellium, Catoni tributæ ab ipso Lipsio in *Variis Lectionibus,* Varroni restituuntur (3). In protreptico ad Lectorem monet auctor post Tacitum editum et Antiquas sustentum fuisse paulisper a scribendo, propter ætatis iniquitatem; nam, ut res fluebant, Domitiani edicto opus non foret, bonæ artes brevi in exsilium irent sua sponte. Fatetur opus suum melius *epistolicas correctiones* inscribi, sed de titulo non tanti esse. Ut in Antiquis nuper pluria Plautina, ita hic adspersit Liviana, occasione libri veteris apud eum, quem cum cura inspexerat, et cum fide expressit. Concludit epistolam versu in propriam laudem (4).

XLIV. Itaque Livio potissimum hic incumbit. Exemplar vetus, de quo supra mentio fit, e media morte Lipsius eripuit,

(1) Lovanii a. d. 15 kal. octob. 1576.
(2) I. Georg.
(3) Var. Lect. C. XXI, Lib. III, A. 60 a.
(4) A. 138, 139.

modico pretio e vespillonum manibus extortum. In ea emptione deos sibi adfuisse ait. Perbonum enim illius judicio erat, atque, ut ex notis aliquot ejus linguæ conjecturam inibat, ex Hispaniis olim advectum. *Caroli Viruli* fuisse titulus adfirmabat, istius quem acerbe Erasmus exagitavit. Raræ, addit noster, ex libris Sigonii, raræ ex Vallæ aut Rhenani emendationes erant, quas non reperisset in isto. Non paucæ et præter illas erutæ sunt, quas tamen modice conjecturis adjuvit (1). Magni Livium faciebat Lipsius. Uberrimum historicorum, præcipuumque historiæ Romanæ veteris auctorem (2); majestate et magnitudine operis super omnes historicos latinos politico legendum (3); nondum tamen attigisse perfectionem historici (4), sed juvenibus aptiorem quam Sallustium et Tacitum putabat (5). Jacobo Augusto Thuano, annum 1588 versus, scribit : « nos Velleium, Florum, Livium ordine cogitamus : Deus mihi vires, et, o utinam, copiam judiciorum vestrorum! nam hic ego in solitudine : una urbs vestra abundat supra reliquam Europam (6). » Judicium de Livio citavit Casp. Facius in *Politica Liviana* (7), nec est quod adversus illud pugnemus.

XLV. Etenim testes adsunt tam illustres quam innumeri. Renascentibus literis docti tabellas bonis suis imposuere ut Livii exemplar emerent. Alphonsus, Arragoniæ Rex, a Pata-

(1) Epist. III. Carolo Sigonio. A. 142 b.
(2) B. 18 a, 147 a.
(3) D. 38 a, 126 a.
(4) E. VII.
(5) A. 219 b.
(6) B. 96 a. Cent. II. Miscell. Ep. 61.
(7) Casparis Facii Politica Liviana. Altenburgi, 1617, p. 4.

vinis, ut pretiosissimas relliquias, dextri aliquid bracchii scriptoris hujus efflagitat; maximo honore accipit, Livium legere quam peritissimos tibicines audire mavult, ibique corporis sanitatem sese reperisse profert. Leo X, P. M. cathedram ad Livium explicandum instituit, in ipso Capitolio unde fanaticus imperator illum exsulare jusserat, unde alius Pontifex adversus ipsum insana jaculaverat fulmina (1). — Primus Livii libros reperit et publicavit, sc. exemplis describendis, Christoph. Landinus. Sed exemplum Livii habuit jam Petrarcha. Nec ille codex Landini omnes qui nunc eduntur libros continebat; sed paullatim e variis codicibus lacunæ expletæ et numerus librorum auctus. Editio princeps est Romana sine anni nota, incertum a. 1469 an 1470. In ea sunt libri undetriginta, nempe 1—10 et 31—40; sed sine libro 33 qui et ab omnibus abest, usque ad editionem Moguntinam (2). Ab anno 1569 ad *Drakenborchianam* annorum 1738—46, in sex ætates omnes editiones dividit Bipontina, quam adeant lectores.

XLVI. Romanam sequitur Veneta anni 1470. Aliquot omittimus donec liber XXXIII (sed prioribus XVII fere capitibus truncatus) et pars posterior libri XL a capite 37 primum prodierit in editione Moguntina an. 1518 vel 1519, in-fol. e codice antiquo Longobardicis literis scripto ædis S. Martini illius urbis, ex officina Jo. Scheferi, qui Jo. Fausti nepos fuit,

(1) Trad. de Dureau de la Malle, disc. prélim. xxxvi—vii. Paris, 1810, in-8, 15 vol.

(2) Biblioth. Lat. T. I, p. 280.

(3) *Niceron* ait Ulr. Huttenum duos Livii libros invenisse et primum publicasse, an. 1518; vid. etiam versionem C. V. Dureau de la Malle, in præf. Tom. V, p. 8.

curantibus Nic. Carbachio et Wolfg. Augusto, cum præfationibus Hutteni et Erasmi, et variis lectionibus ex eodem codice librorum septem posteriorum de bello Macedonico. Ab hac igitur præstantissima editione altera quasi classis editionum incipit (1). Anno 1531 libri a Grynæo reperti in monasterio Laurishemensi editi sunt. In ea editione quæ 1535 prodiit, sunt notæ Gelenii et Rhenani. In Aldina 1555, leguntur scholia Sigonii. Porro Venetæ 1554 et 1555, in-fol. cum notis L. Vallæ, Sabellici et Curionis, qui ducentos locos se restituisse ait (2).

XLVII. Vidimus Lipsium aliquid præter Sigonium, Vallam et Sigonium de Livio habuisse. Non autem superbo cristæ surgunt. Multos adhuc auctores præterea illustravit ut Pandectas, marmorum auxilio correctas, Ausonium, Martialem, Plautum, Plinium majorem, Nonium Marcellum, Juvenalem, Apuleium, etc. In libro II. Epist. II. Lipsius cum Ludovico Carrione an Commentarii belli Gallici, reipsa Cæsaris sint, quærit. In Scaligeranis et Menagianis dicitur Joannem episcopum Sarisberiensem, Polydorum Virgilium et Lipsium commentarios Cæsaris Julio Celso tribuisse. Sed Lipsius non usquequaque tam puros Cæsaris libros tantummodo existimat, et in hoc uno peccat quod simplicem munditiis Cæsarem non plenius gustaverit (3). In libro V. Epist. XVII Cornelio Va-

(1) Bibl. Lat. T. I, p. 282.

(2) Ib.

(3) Elector. Lib. II. C. 7, A. 308, Scaliger., p. 203 et sqq. Menagiana, Tom. III, p. 157, vid. notam *Monetæ*. Forsitan Carrionis errori hæc fuit editio ubi continentur *Julii Celsi tractatus de vita et rebus Jul. Cæsaris* et J. Cæs. Com. de bello Gallico (1473), in-fol. *Brunet*, Manuel du Libr. T. I, in voce *Cæsar*.

lerio, Turnebum adversus Lambinum defendit, et plagii accusationem refellit, occasione Ciceronis a Lambino editi. Haud enim mali ignarus miseris succurrere didicerat : « O Jupiter! exclamat, audis hæc? ut plagiarius sit Turnebus! non credam hoc sexcentis Lambinis (1). »

XLVIII. Epistolicæ quæstiones sunt inscriptæ plurimis clarissimis viris quales : Jacob. Cujacius, Jos. Scaliger, Carolus Sigonius, Ant. Muretus, Lævinus Torrentius, Fr. et Pet. Pithoei, Augerius Busbequius, Victor Giselinus, Fulvius Ursinus, Petrus Faber, Andreas Schottus, Jacobus Cruquius, Jacob. Susius, Janus Lernutius, Petrus Divæus, Franc. Modius, Cornelius Valerius, Anton. Delrius, Stephanus Pighius, Christ. Plantinus, Bened. Arias Montanus, Jo. Sambucus, Abr. Ortelius, Jo. Livineius, Paullus Manutius, Theod. Canterus, Janus Dousa, Henr. Stephanus, Jo. Ramus, Fr. Raphelengius, etc., etc. Ad calcem libri est Fr. Modii ad Lipsium elegia, ubi sic fatur poeta :

Hinc loca tot Livii, loca tot Ciceronis, Agelli,
Plauti, Varronis, Pacuvii, Taciti,
Marcelli, Festi, tibi se debere salutem
Clamant, obductis integra vulneribus :
Te patrem, te patronum haud invita fatentur,
Jactantque auxilii se bonitate tui.
Non tineas blattasve dehinc, non menda verentur,
Omnia te credunt sospite tuta sibi.

Censoris Joh. Molani XIII. Jul. an. 1576, syngraphus datus est (2).

(1) A. 218 a.
(2) A. 226.

CAPUT V.

ELECTORUM LIBRI II.

[1580—1582.]

XLIX. Lipsius non immerito electa aut excerpta ex auctorum lectione commendabat, quæ, ordine alphabetico sive alio bene digesta, seges sunt veræ doctrinæ (1). « Historia, philosophia, geographia, scribit Aerssenio, omne hoc genus te habeat : sed ut fructuose, semper cum pugillaribus et stilo. Excerpenda, inquam, sunt et in locos quoque dirigenda, Plinii illius exemplo, de quo alter Plinius : *nihil unquam legit, quod non excerperet.* Initio tædium hoc aliquod habet, postea voluptatem, cum crescunt opes, et miraris ipse tuas messes (2). » Quin etiam id conficiendi potissimum ex historicis accuratam rationem et methodum indicat (3). Ergo, Plinio auctore, *Electis* lucem fecit Lipsius fortasse (ipse notat) ante legitimæ dies partionis, sed caussa festinandi præter turbas civiles, etiam valetudo quæ pertinaciter adversa, aurem ei vellebat, ut vasa colligeret, et cogitaret de discessu (4). His adhortantibus Principi Mathiæ Austrio Belgicæ tum Proregi, opus obtulit (4).

L. In electis præter censuras varii prisci ritus explicantur. Capite I. Lib. I. refutat vulgi opinionem de scriptore *Contro-*

(1) B. 127 b.
(2) Epist. Cent. III. ad Belgas. B. 491 a.
(3) Epist. Cent. III. Misc. B. 148 a, b. vide et B. 539, 540. G. v.
(4) Ad Lectorem. A. 230.
(5) 1580. A. 229.

versiarum. Non esse Annæum Senecam philosophum ab ætate, a vita, a stilo ostendit ac pene omnes docti huic manus dedere, excepto antea Agricola Frisio qui Senecam philosophum pro auctore perperam habuit. Deinde varios antiquorum mores circa militiam, togatam vitam et religionem docte exponit. In capite V libri I carmen non antea visum edit, nempe *Pervigilium Veneris,* sive carmen trochaïcum de vere. Munus miserat Petr. Pithoeus, qui vir doctissimus et diligentissimus harum rerum, in vetusto eoque unico exemplari reperit. Et inde qua fide ille transcripsit, eadem inseruit libris Lipsius : quia ista quasi adoptio, volente amico, imo jubente. *Pervigilium* brevi in *Erroribus Venereis* an. 1587 a P. Pithoeo interpositum est. Tredecim addit lectiones Lipsius qui auctorem Augustæi ævi poëtam facit; Meursius *Catullo,* Jo. Scaliger, *Q. Catulo Urbicario,* cujus mentio apud Juvenalem, *Senecæ Floro* tribuit Barthius ad Claudian. p. 147 ; Salmasius et Menagius poetæ mediæ ætatis *Solino* suppari; alii *Luxurio* qui Carthagine vixit sub Trasimundo Vandalorum Rege (1). Acute V. Incl. *Natalis,* propter quod versus Africam redolere videantur, scriptorem Apuleio supparem suspicatur (2). Idem carmen tum ex Lipsii recensione, tum auctius ex MS Claudii Salmasii exhibetur a Petr. Scriverio in *Baudii amoribus,* Lugd. Bat. 1638, in-8.

LI. Lipsium de re funebri Joh. Kirchmannus (3), de re

(1) Lipsius A. 237 b. 238, 239, 240, 241. Biblioth. lat. T. III, p. 267. Chefs-d'œuvre d'un inconnu ; *préf. de la première édit.* Lausanne, 1754, in-12.

(2) Trad. de Catulle par Noël. Paris 1805, in-8. T. I, pp. 323, 366.

(3) De funeribus Romanorum Lib. IV. Hamburgi, 1605, pp. 18, 35, 90, 102, 134, 143, 156, 167, 183, 206, 235, 241, 242, 255, 264, 270, 349, 360, 593, 611, 612, 618, 622, 667, 669.

vestiaria Rosinus laudant. Iste an. 1583 sic scribebat : « Et jam in manibus librum de funeribus, item alterum de re vestiaria habet Justus Lipsius, quos exspectamus brevi (1). » Hic rapida manu illa tangit noster. Dum his attentus erat, adhuc in bibliothecis dormiebat MS Hyginus. Reliquias legis Maniliæ, Fabiæ, Rosciæ et aliarum aliquot, quæ ad rem agrariam, legum excerpsit *Justus* e libro MS, in quo conjunctim varii de *Finibus* et *Re agraria* scriptores, qui lucem adhuc toti non viderant, et sperabat visuros brevi, opera Francisci Nansii, familiaris (2). Scriverius primum edidit ad Vegetium (3). Eum Hyginum referre aliqui videntur ad ætatem Augusti : clare colligit Lipsius revera vixisse illum in imperio Augusti, adprobante *Rigaltio* qui a. 1613 auctores legesque rei agrariæ auctiores emendatioresque cum observationibus et glossis agrimensoriis in-4, dedit.

LII. Waltherus Vander Steeghen, S. Theol. licentiatus, priorem electorum librum adprobavit, nam alter paullo post publici muneris tantum factus est. In capite V (4) proximi libri, locum Flori corrigit Lipsius, ubi veterum errorem super religione judaïca agnoscere sibi videtur. Quam correctionem rursus emendat quidam doctus in *Reipublicæ Literariæ Nunciis* (5). « Florus lib. III : » Jerosolyma, ait, defendere tentavere « Judæi; verum hæc quoque et intravit, et vidit illud grande » impiæ gentis arcanum patens, sub aureo VITEM cœlo. » Nam

(1) J. Rosini Rom. Antiq. Lib. x, Basileæ 1583, in-fol. p. 184, Libro v.

(2) A. 260 b.

(3) Lugd. Bat. 1607, in-4° Vid. Schelium ad Hygin. apud Graevium, T. X, p. 1009, edit. Venetæ.

(4) A. 304 b. 305 a.

(5) August. Mense 1685. OEuvres de Bayle, T. I, pp. 342, 346.

ita quidem Lipsius scribit; sed in omnibus legitur UTI; quam ego lectionem cum Salmasio, Seldeno, aliisque eruditis viris genuinam esse judico. Vidit Pompeius *Arcanum*, quod nemo præter Pont. Max. intrabat, *patens sub aureo uti cœlo*, id est sub tecto rotundo inaurato, cœlum quasi referente, quod adorasse judæos gentiles persuasum habebant; et ita de laqueari cœlum repræsentante canit Manilius, lib. V. v. 505.

> Verum ubi Cassiope bis denis partibus actis
> Æquorei juvenis, dextra de parte resurgit,
> Artifices auri faciet, qui mille figuris
> Vertere opus possunt, curæque acquirere dotem
> Materiæ, et lapidum vivos miscere colores.
> Sculpentem faciet sanctis laquearia templis,
> Condentemque novum *cœlum* per tecta tonantis.»

in reliquum citatam paginam adeas, si lubet, ubi Tacitus et Plinius nihil ad rem afferre demonstrantur.

Ultimo capite cum Mureto velitatur de plagio litigante (quod fuse in *Tacito* exponemus) et adversus calumniatores aliqua conjicit (1).

---

(1) Vid. infra § LXXXIX, assertionem Jacobi Guterii de plagio.

CAPUT VI.

AD VALERIUM MAXIMUM BREVES NOTAE.

[1585.]

LIII. Lucem vidit Valerius Maximus Moguntiæ primum per Petrum Schoeffer de Gernshem a. 1471 in-fol. postea præ cæteris memorandæ editiones sunt Aldinæ 1502, 1503, 1508, et Parisiensis Rob. Stephani 1543. in-8. Ea quæ cum notis Stephani Pighii, plus quam octingentis locis Valerium emendasse se professi, Antv. 1567, 1574, in-8 prodiit (1). Cum iisdem et notis Lipsii ib. 1585, 1594, etc. Lipsius Stephano Pighio chartas sacrat : ab ingenio suo pleraque esse fatetur : quod tamen in viam veri sæpe duxerunt libri. Bini manuscripti illi fuerunt, quos Ultrajecto benigne curaverant Lambertus et Hadrianus Vander Burchii, eximium par fratrum, docti ipsi et in doctos valde proni; præterea veteres editiones inspexit (2).

(1) Bibl. Lat. T. II, pp. 53—56.

(2) A. 343.

CAPUT VII.

ANIMADVERSIONES IN TRAGOEDIAS QUAE L. ANNAEO SENECAE TRIBUUNTUR.

[1588.]

LIV. Non adeo in Senecæ tragœdiis, sicuti in Tacito et aliis auctoribus illuxit prorsus Lipsii judicium, quod immitius reprehendit Jos. Scaliger (1). Hercle Lipsius poesis leporibus fere plumbeus, melius locos restituere et ritus priscos elucidare callebat quam poematum servare vices operumque colores. Ut unum hic adnotem, *Thebaïda* supra modum extollit, quam D. Heinsius inepti declamatoris sordidum opus, nimis prudens credidit. Item Jo. Scaliger et Petrus Scriverius. Tamen aliquid fructus ex Lipsii animadversionibus, quoad textus puritatem, colligi potest. Senecæ tragœdiæ Parisiis prodierant an. 1514, [in-fol. ex recensione Hieron. Avantii et Philologi, cum Erasmi, Gerardi Vercellani, AEgidii Maserii, Bernardini Marmitæ, Danielis Caïetani et Jodoci Badii ascensii notis et commentariis. Antonius Delrius tragicum egregie illustravit Antv. 1576, in-4. Quem laudat Lipsius (2). Inscribit autem commentarium suum Franc. Raphelengio tum Senecæ

(1) « Le pauvre Jugement de Lipse sur Sénèque le tragique ! il n'entend rien en poésie. » Vid. epist ad Salmasium in opusc. Scalig. *Scaligeran.*, pp. 203—205. Lugd.Bat. 1668. *Théâtre comp.et des Latins*, T. XIII. p. 461.

(2) A. 358 b.

intento et qui a. 1588 Senecam edidit. Celebris fuit Lipsii de tragœdiarum auctoribus opinio, ad quas illustrandas usus est manuscripto satis bono quem habuit dono Paulli Melissi vatis(1). Janus Dousa Fil. in Senecam restitutum lusit carmen(2).

Dulcis usum luminis
Sibi restitutum gratulatur *Œdipus*, etc.

(1) A. 358 b.

(2) A. 356.

CAPUT VIII.

M. TULLII CICERONIS CONSOLATIO. DE QUA JUDICIUM JUSTI LIPSII SUBJUNCTUM.

[1583 (1).]

LV. Consolationem super Tulliæ filiæ obitu scripsisse Ciceronem, quæ prægnans a Dolabella dimissa, non diu a partu obierat, ex multis Ciceronis ipsius locis constat. Sed quæ cum ejus nomine edita est, sub initium anni 1583, primum Venetiis a Francisco Vianello veneto, Ciceronem neutiquam auctorem agnoscit, licet Carolus Sigonius tribus orationibus eam conatus sit Ciceroni vindicare. Scripta ergo creditur vel a Carolo Vianello, ut contendit Jo. Rhodius de scriptoribus pseudonymis pp. 17, sq. vel a Carolo Sigonio potius, ut ipsum denique confessum esse sunt qui tradant (2).

« Ciceronis falsi consolationem vidimus, scribit Lipsius Franc. Raphelengio (3); quæ me quidem adeo non erigit, ut dejiciat potius : scripta videlicet frigide, solute, et verbo dicam, inepte. Quis ille tam stultus, qui speravit se posse imponere nobis falsa hac persona sub qua latet aliquis ne superioris quidem, ut suspicor, ævi. Bardi typographi, qui tam

(1) Aub. Miræus in vita Lipsii. LIV.
(2) Bibl. lat., T. I, p. 213.
(3) 3 id. sept. 1583, B. 28 a. b.

ambitiose hæc divulgant : sed credo in nostrum risum, et suum quæstum. Valde me Ciceronis pœniteat, si ille vel in medio dolore tam elumbis : nusquam nervi, nusquam sententiarum sanguis : ne color quidem verborum, nisi cum cerussa et fuco. » Alio loco ad Janum Guilelmum (1) : « Gaudeo conspirare te mecum : cujus judicium super ea consolatione credo te jam vidisse. » Et sæpius alibi (2). Similiter ad Plantinum, additque : « Exordium ipsum incohærens, inconsequens : et in contextu periodorum, non caussæ pro caussis : quod vitium ei proprium et diffusum toto libello. » Subjiciuntur notæ ubi latinitatem improbat et fragmenta germana ex ipso libro M. Tullii Ciceronis apud Plinium et Lactantium, quæ adjunxit ad discrimen et ad usum lectoris.

---

(1) B. 48 b. 13 Kal. oct. 1584.

(2) B. 52 a. 65 b. 282 b. 283 a. 14 Kal. Jan. 1583, scribit Notario : « De falso Cicerone illo, gaudeo tibi probari *judicium nostrum.* » ad Baptistum Saccum pridie kal. febr. 1594 : « Moveri te Auctoritate mea scribis, sed requirere tamen caussas, quibus eo sum inductus. Prompsi eas, mi Sacce, jam olim et publice vulgavit Plantinus noster, in eo ipso libello quem excudit. » Ex duobus istis locis collatis nonne Judicium Lipsii ann. 1583, apud Plantinum venale fuisse, colligere est quod audeamus?

CAPUT IX.

SATYRA MENIPPAEA.

[1581.]

« Duplex omnino est jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. »

Cic. *De Officiis*, Lib. I, c. 29.

LVI. Literariam tum rempublicam quamvis non regerent isti, superbum genus, periodici judices, qui velut cumæa vates, foliis oracula venti ludibria mandant (1), tamen non deerant qui eam turbatum irent; virique literati intra suos fines sese continentes, mores societatis commercio ac usu mulcere dedignabantur, et quum doctrina penes pauciores erat, docti ex vulgi turba altius frontem attollebant, et sic conspicui, invicem suos notabant motus ac quasi gestus et supercilium. Inde acriores pugnæ, inde hæc conviciorum caterva quæ celeberrimorum sæpius paginas invasit. Quis diram Scioppii censuram ignovit? quis nescit Jos. Scaligeri iras in Dav. Pareum, Heidelbergæ professorem, qui aliqua in chronologicis damnaverat? adeo ut iste miser, ad criticen criticorum peccata referens, olim filio dixerit diabolum istius auctorem fuisse (2).

(1) Vid. inter poematia nostra: *la Gazette infernale.*

(2) OEuv. de Bayle. T. II, pag. 204.

Lipsius mitior stomachabatur in eos quorum temeritas, vanitas, frivolæ velitationes, imo malevolentia et morsus pulcherrimum studium arenam bestiariorum faciebant (1).

LVII. Quamobrem satyrico verbere eos castigare tentavit, non autem sauciare. In *Satyra Menippæa* frontem remittit, nam materia haud refragabatur. Non solum criticorum incontinentiam in vivos, sed præcipue in veteres, quorum scripta audaci manu in totum immutabant. Media curia *Cicero* adversus correctores invehitur; dein *Sallustius* et *Naso; Varro* contra surgit et defendit. Denique fit senatus consultum M. Tullio M. F. Cicerone et M. Attio Plauto Coss. Correctores utiles necessariique censentur. Placet ne quis minor XXV annis correcturam petere aut gerere possit, atque uti censores de doctrina, deque moribus petitorum cognoscant. Sequuntur correcturæ leges. Quædam in hoc scripto obscuriora juventuti consilio auctor fecit. Orationes vero quæ insitæ, proxime ad stilum cujusque, ut potuit, effinxit (2).

LVIII. Innocuus hic jocus crimini versus est. « De Germania quidem audistin'? proscribere misellam satyram nostram nuper voluere, ait Lernutio, et ejicere edicto extra imperii fines (3). » Rursus alibi Dousæ : « In jocis illis Menippææ nostræ, aliquid est de lauru poetarum quam largitur Cæsar : et ab ea iste ignis. Aiunt ignominia a me affici universum id genus : aiunt Cæsarem ipsum aspergi injuria, quasi non id ei jus per me aut potestas. Itaque a legatis ipsis Cæsaris literæ subito Francofurtum, quæ graviter me accusarent,

(1) B. 345 a. E. XII, 8 a. EM. 7. Erythræus, p. 548.

(2) A. 416.

(3) III id. Novemb. 1581, B. 19 a.

minarentur : et Satyram ipsam privatum irent publica luce; hæc audis? hæc credis? non ego ipse : nisi literas eas vidissem his oculis, tenuissem hac manu : o sæculum! o viri! ite vos docti, vigilitate, scribite: et pro fama, subite hanc flammam (1)! » apud Plantinum sese expurgat in *præfatione Saturnalium*. « Difficile, inquit, dictu crediluque quas turbas mihi dederit Satyra illa prior, parum hercle liquido auspicio emissa. Clamores, convicia, sibili (2). »

LIX. Bidui opusculum Jos. Scaligero dicavit quem *genus deorum* vocat (3). Gratias ideo egit Josephus his verbis (4) : « Satyram tuam Menippæam accepi, mi Lipsi, cujus nomine tibi gratiam habeo. Primum tanquam amico, qui mihi eam dedicasti : deinde tanquam magistro qui me multa bona docuisti, ut doces quotidie in aureolis tuis scriptis. Quas et amicitiæ et eruditioni ita me debere fateor, ut alteri quidem quod opponam habeam, pietatem et singularem amorem in te, quo ne tibi quidem concedo; in altera ita me vinci a te gaudeam ut non aliter, quam si id omnibus palam testatum relinquam, tibi satisfactum putem. Quod sane non solum facio, sed et fieri debere fateor. Deus O. M. te nobis conservet. Nam qui literarum dignitatem hodie sustineat præter te habemus neminem. Juvenes nostri hoc tempore ῥέμβομενοι nescio quid μετέωρολογοῦσιν. Hoc unum student, ut mulieribus placeant eorum studia : aliter oleum et operam se perdidisse putant. Oraculum hoc a me accipe : si ego et tu morimur senes, per λέσχηνεντας non stabit quo minus literarum inte-

(1) III kal. julias 1581, B. 23 a.
(2) C. 482. Niceron, T. XXIV, p. 12.
(3) A. 415.
(4) Jos. Scaligeri Epistolæ. Francof. 1628, pp. 81, 82.

ritum videamus, etc. » At quamvis palam sese collaudarent Jos. Scaliger et Lipsius, quamvis illum hic aquilam in nubibus dixerit (1), et Thuanus eorum jactaverit amorem mutuum (2) intus malevolentiam concoquebant, præsertim Scaliger, velut ex notis intelligi potest (3).

---

(1) B. II. a.

(2) Thuanus, Lib. 136.

(3) In Scaligeranis, pp. 202—205 : « Ce qu'il fait (J. L.) plaît au vulgaire comme Ramus; il faut être estimé des doctes, et non-seulement des écoliers..... Si je me voulais prendre contre quelqu'un, je ne me prendrais pas à Lipsius, mais à un autre grand personnage qu'il n'est. Je me plaignis à Lipse de Delrio, *sufficit tibi te a me amari, quod volo.* C'est à la loyalitique. Je ne me soucie guères qu'il m'aime. »

CAPUT X.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LINGUAE LATINAE DIALOGUS.

[1586.]

Legitimumque sonum digitis callemus et aure.
HOR. *De Art. poet.*

LX. Hoc argumentum ab Erasmo antea nemo nescit tentatum fuisse. Pronunciationem vero linguæ latinæ veteribus longe aliam ac recentioribus, jam in *Variis Lectionibus* animadverterat Lipsius (1). Quid hodie in effeminata Gallorum ora dixisset? Ad hanc redit ergo tenuem subtilemque inquisitionem. Ludum vocat libellum Ph. Sidneio, ex illustrissima Warvicensium stirpe, consecratum (2); nam medici jam diu abesse illum jubebant ab omni cura, sed ne mortuus ambularet inter vivos, aliquid negotii agendum ei erat (3). Fingit nempe sese, quum Romæ esset, in hortis Hippolyti Estensis cum Mureto, sub statua ipsa Mercurii, facundiæ dei, sedere, Antoniique præcepta audire. « Non Diomedem, ait Bonciarius, non Charisium, non Priscianum dices illi esse

(1) Lib. III, C. 19, A. 58 a. b.
(2) 16 Kal. April. 1586, A. 445.
(3) Lectori A. 444.

anteponendum. Exemplo sit subtilissimus itemque luculentissimus de *Latina Pronunciatione* dialogus; in quo non video quid optimus quisque et acutissimus grammaticorum requirere possit (1). » Paucis non offensi maculis ita sensere docti aliquot, et commentarii variorum in eandem materiam ab Henr. Stephano ad dialogum adjecti sunt (2).

LXI. Corruptæ pronunciationis altius a propagatione sermonis petitur caussa, qui per Romanum totum orbem. Incursus barbarorum etiam memorantur et Italica lingua quando cœperit investigat auctor. Vocales subinde omnes latinis plurisonas; easdem modulo et quantitate ancipites ait; illas primos affectus naturæ exprimere, et plurimum mœstos; quadruplicem sonum in litera E; literæ I triplicem; O duplicem esse et V quadruplicem; transitur inde ad diphthongos et consonantes, inferius ad accentus ac tenores. Multis veteribus ut Ciceroni, Fabio, Tacito, Agellio, Festo, Victorino, Augustino cursim lux adfertur; adduntur notulæ capitibus, et Lipsius, Mureti auditor, tandem ait : « Antea in Cimmeriorum tenebris mihi videbar, nunc per te subito in liquida et clara ætheris illius luce (3). » Litera Q bellum, *Ramo* signum tollente, movit. Tumultus fugit noster utili totus.

LXII. In capite V Terentium Scaurum emendat Lipsius (4). Morem geminandi vocales (sc. *naata* pro *nata*) improbat Terentius his vocibus : « Plurimum igitur per adjunctionem, illa videntur esse vitiosa, quod Attius geminatis vocalibus scribi

(1) A. LXVII, b.

(2) Niceron, T. XXIV, p. 124, vid. Bibl. Lipsianam.

(3) A. 472 b. Cap. 22.

(4) A. 450 b.

natura longas singulas voluit : quum alioqui adjecto vel sublato apice, longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. » « Quem locum, scribit Vossius, corrumpit nobis Justus Lipsius, quum pro *voluit* legendum putat *noluit*. » Quippe eum abunde refutant hæc verba Velii Longi : « Nam nec Attium secuti sumus, semper vocales geminantem, ubicunque producetur syllaba, quoniam expedita debet esse conditio scribendi (1). » Sed de minimis, apage, non curemus. Lipsium literarum sonos discernentem secuti sunt plures, inter quos eminet C. V. Besnierus e S. J. (2).

---

(1) *Vossius*. de arte Grammat. Lib. II, p. 195, edit. II. *Amstel.*, 1662, in-4.

(2) Principes de l'art des Étymologies ou exemples de la diverse altération des lettres. En tête du Dict. Etymol. de Ménage. Paris, 1694, in-fol.

De linguæ græcæ pronunciatione similiter scripsit *Frid. Reiffenbergius* noster, sub nomine *Sarpedonii Mirtisbi*. Sax. VII, 154. Feller, *Dict.* Brunet, T. III, p. 292, a.

CAPUT XI.

EPISTOLAE.

LXIII. Quoniam in epistolis Lipsiani vitia stili maxime carpuntur, licet hic considere. Henr. Stephanus de Lipsii latinitate fastidiosum exaravit librum (1). Quum autem potius turcicum bellum quam ipsa res ibi agatur, haud infacetus aliquis titulum sic immutavit : *De Lipsii latinitate palæstra prima, adversus Turcas* (2). Apud Stephanum *Coronellus* quidam, *Misokœnus* (novitatis osor) et *Philokœnus* aut *Kœnophilus* (novitatis in sermone amator) personas agunt. Rara inter eos Lipsii fit mentio ; sed inter alia Kœnophilus : « Jam vero aures meas verberaverat quorundam verborum sonitu, quæ Græci non ἀλλόκοτα tantum, sed ἀλλόκωτατα vocarent, et quæ

(1) De Lipsii latinitate (ut ipsimet antiquarii antiquarium Lipsii stilum indigitant) Palæstra I, Henrici Stephani, Parisiensis : nec Lipsiomimi, nec Lipsiomomi nec Lipsiocolacis : multoque minus Lipsiomastigis.

Libertas volo sit latinitati,
Sed licentia nolo detur illi, etc.

Francof., an. 1595, in-8.

(2) Nicer., T. XXIV, pag. 117, alludunt verba *adversus Turcas* initio Epistol., ad Cæsarem Rudolphum II : *Quum meas de bello antiturcico orationes.* Rogat Misokœnus unde *bello antiturcico* pro *adversus Turcas* dicatur, ac nugas reponit Coronellus.

græcum illum oratorem sequendo, non tam verba quam monstra vocare liceret : præsertim quum de illis dici queat :

Verba ea sunt ipso pene tremenda sono.

Nam quis ista *hominum genus non jam matutinarium* nec *vespertinarium, sed pomeridianarium*, talia esse non fateatur? » tunc respondet Misokœnus : « Meas ipse aures non solum verberatas cum tuis, Coronelle, sed etiam consternatas illorum verborum fragore si dixero, injucundum aliquid Kœnophilo, sed veritati jucundum dixero (1). »

LXIV. Scioppius ita eundem campum ingreditur : « Neque tamen judicio lapsus hac in re videri potest, quum eo peracri et limatissimo fuerit præditus, et partim juvenis Tullio feliciter imitando (quod *Variarum* ejus *Lectionum* libellus satis probat) partim vero senectutem jam prospiciens, commendanda adolescentibus Ciceronis imitatione, quid rectius probabiliusque judicaret, aperte satis tulerit. Sed ambitio et inanis gloriolæ studium, a recto simplicique genere hominem transversum egit, quod se aliquando *Cymbalum Juventutis*, ac semidoctis, id est, eorum qui literis censentur parti, multo maximæ admirationi fore minime diffideret. Eadem quidem certe res Heraclitum philosophum induxit, ut in scribendo perplexus et obscurus esse vellet, quemadmodum Lucretius judicat (2), etc. » Alibi idem Scioppius : « In J. Lipsii stilo, scriptoris ætate nostra clarissimi, istæ apparent dotes : acumen, venustas, dilectus, ornatus vel nimius, quum vix

(1) Pp. 230—231.

(2) De Stilo Historico, Soræ 1658, pp. 12—12, ad calcem *Infamiæ Famiani*.

quicquam proprie dictum ei placeat, tum schemata nullo numero, tandem verborum copia : desunt autem perspicuitas, puritas, æquabilitas, collocatio, junctura et numerus oratorius. Itaque oratio ejus est obscura, non paucis barbarismis et solœcismis, plurimis vero archaismis et idiotismis, innumeris etiam neoterismis inquinata; comprehensio obscura, compositio fracta et in particulas concisa, vocum similium aut ambiguarum puerilis captatio (1). »

LXV. Hic infra evolvitur solœcismorum barbarismorumque a Scioppio in Lipsii scriptis notatorum index, non incolumi Casaubono etiam violatæ grammatices convicto.

BARBARISMI :

« [1] *Canis crus tollit et fœmellam illam* PERMINGIT *atque abit.* In Epist. *Permingit* pro *permejit*, *mingere* enim barbarum est, neque enim ejus ullus a priscis grammaticis auctor citatur (2).

[2] *Frigidis juvari* IMPRIME *videor.* In Epist. Vulgari scilicet errore lapsus, *imprimis* adverbium esse credidit, quodque *apprime* latinum esse sciret, formatum a nomine *apprimus.*

[3] *Ab hoc aut illo* SEORSIM *exquirere sententiam.* Polit. lib. 3. C. 8. *Seorsim* pro *seorsum* aut *seorsus.*

[4] *Mihi abunde* SATISFACITUR, *si eques plaudat.* In Epist. Ego quidem (Scioppius loquitur) si ætatis X annos sic scripsissem, non defunctorie vapulassem, frustra commodante ad-

(1) In Paschas. Grosipp. et apud *Pope Blount.*

(2) Sannazar hoc verbo utitur. Vid. etiam *Novus Ling. et Erudit. Roman. Thesaurus.* Lipsiæ 1749, Gesnero Rob. Stephanus adest.

vocationem Titinio, cujus locum laudat Notius, in quo est *parvifaciatur* (1).

SOLOECISMI :

[1] Inter Lipsii solœcismos familiam ducit meritoque principe a me loco memoratur, quod in prima epistolarum ejus centuria legitur : « *Vereor* UT *id vitæ genus subito mutetur*, et proxima epistola : *Vereor* UT *milites non pellant.* Cui simile hoc ejusdem centuriæ epist. 35 : *Austri isti vereor* UT *dent mage majores tempestates* (2).

[2] *Quin nos qui sapimus, pareamus et quod patiendum est libenter patiamur.* In Epist. Latine, pro Augustæi ævi consuetudine, dicimus *quin fac* aut *quin facis*, etsi enim apud Ciceronem in Scip. somnio legimus : « *Quin tu adspicias, seu respicias venientem ad te Paullum patrem.* Quem tamen non fugiat, quam multa in Tullio oscitantes librarii corruperint.

[3] *Tu serva et in eo tamen* NON *erra.* In Epist. ; pro *ne erra, ne erraveris, noli errare.*

[4] *Non ambigo quin peregrinationem* LAUDABIS, in Epist.; pro *non dubito quin laudes aut laudaturus sis.*

[5] *Tristia eventa ex Europa* NOBILES QUOSQUE *animos excitaverunt.* In Epist. ; pro *nobilissimos* aut *nobiliores* quosque.

[6] *Iter nostrum Italicum differtur, quid causæ est? duplicis, privatæ et publicæ.* In Ep. Quis enim in scholis impune ferat si dicat : *Duplicis mihi causæ est?*

---

(1) De Stil. histor., pp. 95 et 199.

(2) Vid. *Nouvelle méthode pour apprendre facilement la langue latine* (Port Royal). *Paris*, 1819, in-8, pp. 493, 496. *Vereor ut*, etc.

[7] Illud mihi *si veteri meo more expers factus essem* in Ep. Veritus, scilicet, fuit ne prorsus plebes censeretur si dixisset *illud mirum* et *moris expers.*

[8] *Sol meridies erat,* pro *meridies erat.* Vid. Elect. lib. II. C. 3. A. 302 (1). »

Sic concludit Lipsiomastix : « Ite nunc Lipsiani mei pueri (quidni enim gratiam iis referam, qui Ciceronis studiosos per deridiculum Tullianos pueros vocare non dubitant) ite, inquam, et Lipsium extra omnem judiciorum aleam ponite, ut quod ipse sibi non est ausus arrogare, quicquid ei vel per somnium in mentem venit, id continuo Delphis responsum credere debeamus (2). »

LXVI. Non clementior fere Jos. Scaliger (3); æquior autem Gregorius Majansius : « Justus Lipsius in deliciis habendus ob ingenii acumen, judicii præstantiam, eruditionis copiam delectumque, stili venustatem et exquisitum ornatum. Verum ut loquar cum G. J. Vossio (4) : *nemo diffiteri possit eum modum minime tenuisse in vocibus priscis, ut eruditioni ejus non parum amplius debeant literæ quam stili exemplo.* Prætereo adfectatas illas argutias, vocum similium aut ambiguarum puerilem captationem, nimis conscissum dicendi genus, interrogatiunculis scatens, obscuritatem studiosam : quæ omnia

(1) De St. Hist., pp. 110—114.

(2) Ib., p. 117.

(3) « La troisième centurie d'épitres ne vaut rien. Il a désappris à parler; je ne sais quel latin c'est..... Lipsius fait autant d'état du latin de Cicéron que je fais du latin de Lipse ; il parlait fort bien latin en son jeune âge..... ô le méchant latin que la centurie de ses épitres! » Scaligeran. pp. 203—205.

(4) Lib. IV, Inst. Orat., n° 7, c. b.

faciunt ut imitationi Lipsius proponi non debeat, imo ne tirunculorum lectioni, ne specie boni decipiantur et cacozeliam sectentur, omnium in eloquentia vitiorum pessimum (1). » Haud aliter *Maresius* : « De Lipsii epistolis dici hic multa possunt. Considerari illæ vel ratione dictionis, vel ratione rerum possunt. Vehementer senex a juvene discrepat. Quum enim in juventute sua Ciceronianam dictionem sequeretur, maturioribus annis pene novum eloquentiæ genus sibi finxit, in quo argutiæ, adagia, hemistichia, græcæ sententiæ, quorum in familiaribus inter eruditos epistolis usus esse potest; tales enim epistolas illa ornant, in cæteris locum non habent, ubi enthymematibus agendum, et sermo πεπλασμένος requiritur (2). »

LXVII. Ferream delassare valent dextram omnes qui de stilo Lipsii judicaverunt (3). Nostrum autem si litem componere est, omnibus æqua lance expensis, Lipsius a recta semita paullatim Senecæ Tacitique mala imitatione et fortasse suo ingenio, deductus est. Nam si aliqua contempsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sen-

---

(1) Greg. Majansii Epist. ad lect., p. XVI, in « Remarques critiques sur le Dictionn. de Bayle. *Paris* et *Dijon*, 1748, fol., p. 477. »

(2) *Maresius*. Lib. I, ep. 7. *Pope Blount*, etc.

(3) Vid. Taubmanni sententia in dissertatione de Lat. Ling., p. 42, præterea Dan. Heinsii orat. II, p. 40. Paschius de Invent., p. 129. Morhof. Polyh. Lib. I, 24, § 65. J. Burckhard, Comm. de lat. ling. in Germania fatis. C. VII, p. 521. *Hanoveræ*, 1713. Jo. Georg. Walchii Hist. critica linguæ latinæ, Lipsiæ 1716, pp. 454—56, etc., etc. Legenda est inprimis *Christiani Adolphi Klotzii oratio pro Lipsii latinitate, Jenæ in consessu societatis latinæ D. XX april*, A. C. M. DCC. LXI *recitata literis Fickelscherrianis*, 62 pp. in-12; libellum hunc rarissimun nobis magna humanitate commodavit clarissimus Menardus Tydeman Phil. Theor. et LL. HH. prof. emer. octogenarius.

tentiis non fregisset, si non truncata et quasi capraria semper fuisset dictione delectatus, blaterantes criticos e fastigio despicere posset. Sed in eloquendo corrupta pleraque; minus vero in epistolis apparere vitia autumo, nam familiaritas expeditusque mos eundi conscissum genus, saltus rapidosque motus admittit. Sed quemadmodum non commode salutant saltatores, sic infeliciter literati literas conscribunt. Currentem itaque Lipsii calamum, docti gravitate tardi, nimis damnavere; quamvis cum Lipsio laboriosum iter per valles et juga fieri fatendum sit. Gellius, lib. XII, ait Senecam conatum esse vituperare Ciceronem, et Scaligerum eadem in Lipsium retulisse vidimus. Dicitur quoque Josephus, jam morte proxima pallidus, sibi nunquam latinitatem Lipsii probatam, extremo flatu declarasse, quod ridetur in notis *Charlataneriæ Eruditorum* (1). Attamen Ciceronem unicum et unice imitandum in simplicitate epistolari jubere Lipsius non dubitavit (2); quod si imitatores modum transierunt, tantumque ab illo defluebant (a Quintiliano verba mutuamur) quantum ille ab antiquis descenderat. Foret enim optandum, pares aut saltem proximos illi viro esse. Sed placebat propter sola vitia, et ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat. Deinde quum se jactaret eodem modo dicere, Lipsium infamabat (3).

LXVIII. Hactenus de stilo : ad epistolas ipsas accedendi tempus instat. Ex his multa ad auctoris vitæ, scriptorum ac opinionum historiam desumpsimus. Ibi gratulatoriæ, blandæ, familiares, historicæ, aut eruditæ leguntur. « De epistolis meis

(1) De la Charl. des savans, par M. Menken. (trad.) *La Haye*, 1721, p. 140, note 23, versio hæc operi ipsi anteponitur.

(2) B. 537 a.

(3) Quintil. Inst. Lib. x.

edendis, ait, aliquid cogitabam, si quas colligere aut servare potui in hoc naufragio nostrarum rerum. Quæ mens injecta mihi nuper, non nego, per Italos : quorum epistolas ambitiose editas vidi, et (libere dicam) non invidi. Quid enim? a verbis cultas eas censeas? sæpe nec latinæ sunt. A sententiis acutas? torpor et tepor merus est. O Italia, ubi Politiani tui, etc. (1). » « Neque enim omnes, alio monet loco, et quasdam non judicio meo edo; sed alienæ ambitioni, apud te (nempe *P. Pantinum,*) libere, aut et amicitiæ dono (2). » Epistolas edere periculosum sentiebat et calumniis expositum, ut quæ scribentem oculis subjiciunt pene nudum (3). Ergo alienas epistolas, invito auctore aut inconsulto, evulgare crimen ducebat; sic enim adversus Dialogistam : « Homo inconspecte, tollis e vita commercia aut certe libertatem literarum. Apud bonos ita solet, ut duobus scripta inter duos pereant (4). »

LXIX. Centuria prima Prætori, Consulibus et Senatui Reipublicæ Ultrajectinæ inscribitur. In VIII[a] epistola Guilelmo Breugelio, regio consiliario, de agro et urbe disserens, Flacci carmen evolvit :

> Urbis amatorem Fuscum salvere jubemus
> Ruris amatores.

Jano Lernutio XIII[a] de notis ad Catullum, Tibullum et Propertium, ait : « Magni Scaligeri ad amorum illos triumviros vidi, legi, probavi. » Julianus Cæsar eodem fere modo : ἔγνεων, ἀνέγνων, κατέγνων. Richelii cardinalis Cospeano librum dicanti etiam respondit : *accepi, legi, probavi* (5).

---

(1) Cent. I, Misc. ep. 28, B. 25 a. Nonis Augusti 1582.
(2) Cent. IV, ep. 8, B. 178 a.
(3) B. 6 et 7.
(4) D. 153 a.
(5) Menagiana, T. II, p. 73, edit. *Monetæ*.

Philippo Lanoyo, nobilissimo juveni, in Italiam iter cogitanti consilia dat XXII[a] interque cætera : « Quid in cultu, vestitu, actionibus deceat; quæ veneres et lepores in sermone aut gestu, docere te rite politiores illæ gentes possint, Itali, Hispani, Galli; atque ita rus illud nostrum apte sæpe diluas quæsita ista urbanitate et peregrina. Sed quæsita, non adfectata; usurpata modice, non ostentata : alioqui nihil comptu eo incomptius, elegantia ineptius. Risimus non semel ejusmodi histriones, qui ab Italia aut Gallia novi, gestus nescio quos mimicos moleste usurpabant, et delicias parum dicam civiles, sed viriles. Tu hæc fuge (1), etc. »

Jano Hauteno Ep. L[a] Elephantis laudes ludit.

LXX. Centuria altera ad Illustr. V. Thomam Burgium, baronem et Brielanum præfectum, III id. ap. 1590, ivit. Hæc in proœmio leguntur « : Habe etiam hanc centuriam, lector, sed puram, simplicem et sine mixtione. In priore illa alienos aliquot inseruimus : nunc displicet et detraxi. Non ergo dignæ illæ edi? dignæ sed non a me : et mali exempli arbitrium hoc sibi sumere in scripta aliena (2). » XV[a] Epistola Dominico Lampsonio Lipsiani horti, in ipso aditu positas leges, sub persona Bifrontis Jani, exponit. Mittit Lipsius Dousæ filio in XLIV[a] ep. Julii Scaligeri Ferrerio suo literas, paucis diebus ante summum diem exaratas, quæ ita loquuntur : « Familiam meam quotusquisque doctiorum neget, si nobilitas in velustate sita est, esse omnium nobilissimam?..... Si quis malit intueri cognationes, deductos nos sciat multis ex imperatoribus. Quintus enim ego sum ab Imperatoris Ludovici Barbari

(1) Vid. ad calcem Bibl. Lipsianam.
(2) B. 69.

filia, etc. » Sed satis Scaligerorum nota vanitas (1). In eadem Dousæ epistola, tres esse quos unice admirari solebat, aperit Lipsius, qui in hominibus excessisse illi humanum fastigium videbantur, Homerum, Hippocratem, Aristotelem. Judicium sane mirum nec cunctis probandum (2). Cæterum Jo. Dunæi carmen scazonticum quo vindiciæ Virgilianæ pro Jul. Cæsare Scaligero Virgilium Homero præferente, adversus Just. Lipsium, continentur, exhibet Georgius Hackwill, anglus, in *Apologia pro providentia*, etc. (3).

LXXI. Tres Michaeli Montano literæ LI[a], LV[a] et XCII[a] missæ sunt. « Non blandiamur inter nos, inquit Lipsius; ego te talem censeo, qualem publice descripsi uno verbo (Cent. I. Ep. 43. *Thaletem gallicum* vocat). Inter septem illos te referam, aut si quid sapientius illis septem.....» Et postea : « In Europa non inveni qui in his talibus sensu mecum magis consentiret. » Confessio notanda; nam scepticam Montani disciplinam Lipsius palam sectatur. Nec nostro mediocris laus est Gallicum Pyrrhonem (nomen istud magis quam *Thaletis* placet) primum pretii fecisse.

In editione qua utimur, fol. 108, epistolarum quatternio studio obmissus indicatur, et sua novitate Westphalos, aliquot turbaverat; Belgas contra oblectavit vivente adhuc Lipsio et Germanos sequenti sæculo, inter quos R. P. Hieremias Drexelius S. J. qui epistolam prolixiorem ad Jo. Heurnium, totam laudatam describens suam fecit, libro quem nomine *Joseph*

(1) Scaligeran. Lug. B. 1668, p. 157. « Le Lantgrave d'Hesse a envoyé à Snellius une chaîne d'or plutôt qu'à *un homme comme moi*, qui suis parent de sa femme, selon mes ancêtres. »

(2) Charlat. des savans, p. 80, n. 79. Vid. appendiculas.

(3) P. 288 et sqq.

distinguit, Cap. XVIII. §. III. In editione prima hujus centuriæ alterius Lugd. Bat. typis Plantinianis apud Franc. Raphelengium, anno 1591, quattuor epistolæ expunctæ sequuntur duodecimam per numeros XIII, XIV, XV et XVI atque Jano Dousæ, Jano Hauteno, Jo. Heurnio et Petro Colvio missæ sunt. Continuo a Johanne Domanno in *Apologetico pro Westphalia ad J. Lipsium* (1) lacessitus est noster. Ille, pacis amicus, apud amicos sese purgavit, subpressis etiam literis quas collegit Jo. Goes (2).

LXXII. Centuria tertia D. Joh. Drenckwairto equiti, toparchæ Dormaliæ, supremo Belgicæ thesaurario, V. Kalend. martias 1592, salutem dixit. Epistola XI[a] ad Abrahum Ortelium de *Gestatione* disserit, XXX[a] ad Hubertum Audeiantium de *Distinctionibus* quam Erycius Puteanus adjecit cuidam suo libro (3); ubi eandem rem agens hæc refert : « Clarissimus J. Lipsius, doctor meus et totius antiquitatis Atlas, præmittere flammulam puncto in scribendo solet : sic 2. [?]; quam ego formam, vel viri caussa, veneror et imitor (4). » Quædam etiam ex *Clerico* repetemus : « Versus, inquit Cicero (De Orat. l. 3. C. 44), veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam adhibendos nobis esse putaverunt. Interpretationis olim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis; sed verborum et sententiarum modo

(1) Helmstadii 1591, in-4.

(2) J. *Lipsii quattuor de Westphalia epistolarum aliqualis excusatio*, in *opusculis variis de Westphalia*. Helmstadii, 1668, in-4. Niceron, T. XXIV, p. 123.

(3) *Musa Thena... Iter Nonianum.... De Distinctionibus syntagma.* Hanover., 1608, in-8.

(4) P. 94.

interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. « At hoc vult Cicero veteres Rhetores voluisse non tam notas librariorum quam divisionem colorum et sententiarum spectari interspirationibus, unde liquet eas *notas* non fuisse inusitatas. Justus quidem Lipsius, in Epistola in qua de interpunctione agit, prolato posteriore loco Ciceronis, et priore dissimulato (1), ait eum altroversum duci plenissime posse; quasi dicat veteres ideo non usurpasse in clausulis interpuncta, ne ea potius quam modum et modulum in verbis considerarent. Sed Cicero non dixisset veteres noluisse interspirationes esse pro *interspunctionibus* et notis librariorum, si nullæ fuissent, sed fuisse ignotas, nec interspirandi ulla habuisse eos indicia præter sententiam verborum et constructionis perfectionem (2).

LXXIII. « Seneca, ep. XL[a]: « Nos etiam quum scribimus, interpungere consuevimus. » Hæc M. Ant. Muretus et Justus Lipsius intelligunt de interpunctione post singula verba..... non nego ita persæpe esse factum, idque ex veteribus monumentis liquet, sed semper non puto. Cic. in Orat. pro Muræna C. XI. ubi de Jurisprudentia : *primum dignitas, in tam tenui scientia, quæ potest esse? res enim sunt parvæ, prope in singulis literis, atque* INTERPUNCTIONIBUS *verborum occupatæ.* Ad quæ verba ita Lipsius in epistola memorata : » Locus alter dicat, juris interpretes in minutis occupari, scrutari in contractibus, apices literarum, et puncta verborum; quia nempe ambigua sæpe hæc ista et ad anteriora aut sequentia ducenda. Id enim eveniebat in illis solitariis punctis. Quæ verba, ut dixi, singula non membra, aut sensus secernebant. » Atque ex obmissione

(1) « Clausulas atque interpuncta verborum animæ interclusio atque angustiæ spiritus adtulerunt. »

(2) Clerici Ars Critica. *Londini*, 1698, p. 60, P. III, § 1, c. 10.

ejusmodi puncti non magna nascitur ambiguitas nec additione tollitur; sed subinde maxima est, nisi partes orationis distinguantur, quod cavere conabantur jurisconsulti. Nulla est ars in interpungendis singulis verbis, iis qui linguam tenent, sed est aliqua in dividendis apte membris et periodis, quum et permultos in ea re peccare videamus, quumque plurima loca propterea non intelligantur in scriptis veterum. Itaque capienda sunt verba Ciceronis de hac posteriori interpunctione et ita capit vir eloquentissimus *Aonius Palearius,* in oratione in L. Murænam, quam Ciceronianæ pulcherrima æmulatione opposuit. Dignus est locus qui legatur (1). »

LXXIV. De historia prolixe agit epistola LXI[a]; LXXXVII[a] vitam Lipsianam sicuti in tabula adumbrat. Tertiam centuriam adprobavit Gulielmus Fabricius Noviomagus (2); quartam posthumam Joanni Andreæ Prochnicio, episcopo Camenecensi, jussus dedicavit Jo. Woverius antuerpiensis. « Jam nunc parata est centuria epistolarum selecta, edixerat Lipsius (3); quam si quid mihi continget, in arca mea reperies, a te edendam et Ill[mo] Prochnicio, ex mea destinatione, inscribendam. O virum ab aureo ævo! in præfatione dic quæ ego deberem. » Egberti Spitholdii, canonici et plebani antuerpiensis, adprobatio 20 Decemb. 1606 data est. Quintam deinde posthumam consecrant testamenti curatores Thomæ Samoscio, F. Joh. (4) veteris et novi Samoscii domino.

In LXXXI[a] ep. Balthasari Moreto, sese scribit Lipsius incidisse nuper in novellum librum, in quo illius perhonorifica

(1) P. 25, edit. *Amstel.* Clerici Ars Critica, p. 64.
(2) B. 168.
(3) B. 258 b.
(4) Magni Poloniæ cancellarii et exercituum præfecti.

mentio : sed alibi nota *Lipsium Orchadas et Stœchadas insulas confundere ;* « quod, ait, non puto usquam in somnio me fecisse (1). » Concludit centuriam *De Calumnia oratio,* notulis posthæc *Theophili Cangiseri* aspersa (2), et syngraphum suum addidit XII kal. Jul. 1607 Laurentius Beyerlink, librorum censor.

LXXV. Epistolarum selectarum centuria singularis ad Italos et Hispanos, quive in iis locis, Friderico Borromæo S. R. E. cardinali et archiepiscopo Mediolanensi a Lipsio litatur (3). Aliquid in Bembum Ep. VI[a] conjicit. « Audio esse qui de Bembo aliquid liberius dictum impatienter ferant. Atqui virum eum depressum non ivimus, sed juventutem retractam voluimus ab imitatiunculis quibusdam, ut nunc quoque censemus, ineptis, etc. (4) » In Bembum enim præcedentibus epistolis, aliisque locis propter stili adfectatam puritatem insurrexerat (5). Bembum defendit Clericus (6). Leibnitzius ipse rei pondus addet. « De grammaticis plane tecum *(Bierlingio)* sentio, pleraque usu discenda, regulæ deinde addendæ ad perfectionem. (7). Tecum etiam sentio Livium maturiori ætati reservandum : casu tamen factum est, ut primus esset auctorum veterum, quos puellus legi, nec pœnitet. Nec *Lipsium* nec *Bembum* irrideo : nævuli facile vitari possunt. Neque mihi ineptum videtur, præsertim in homine veneto, senatum Patres Conscriptos, Venetias simpliciter Urbem appellari (8). »

(1) B. 225 b.

(2) *Londini*, 1615, in-4°.

(3) Prid. Kal. 1601.

(4) B. 278, a et b.

(5) B. 93 b. 94 a. D. 127 a et b., 156 b. EM. 11.

(6) Biblioth. choisie, T. I, 1703, pp. 314—353 : *Remarques sur les ouvrages latins de Pierre Bembo.*

(7) Qua de methodo V. *Mémor. de Ste-Hélène*, 26—28 *fév.* 1816.

(8) OEuvr. de Leibnitz. *Genève*, 1768, T. V., 368.

Epist. LIX[a] Nicolao Micaultio Romæ degenti, dissertatiunculam de *Cursoribus* sane eruditione refertam exhibet (1).

Centuriam typis mandar jussit censor Fabricius Noviomagus.

LXXVI. Proxima ad Germanos et Gallos centuria Octavii Frangipaní Myrti episcopi Tricaricensis et N. A. auspiciis prodiit (2). Consulibus et senatui Francofurti scribit Lipsius ut gratias agat pro ope accepta, et ut ostendat jure ac merito latam : oratio dicta Jenæ XXIIX julii, anno 1574, vulgata fuerat sub ejus nomine et titulus libri præferebat hanc *Lugduni* excusam. « Quæro in utra? petit Lipsius, in celtica illa longinquiore, an in hac nostra vicina? Neutribi, sed quum rem inquisivimus, compertum est *Tigurum* Helvetiorum, theatrum esse ubi scena hæc calumniæ instructa (3). » Ergo senatus a catalogo abdicaverat, id est, vita et luce (quod in eo erat) privavit. Idem Fabricius testimonio auxit hanc centuriam.

LXXVII. In tribus quæ sequuntur cum Belgis confabulatur auctor, Balthasari de Cuniga legato, Præsidi et senatoribus consilii principum sanctioris denique magistratibus Antuerpiæ vicissim dicatis (4). Apud Leonardum Lessium de *Notis veterum* sermo miscetur (5). Mox contubernalibus suis Fr. Orano, J. B. Perezio Baronio, Guil. et Antonio Richardotis, Guil. Scarbergero, Cornelio Anchemanno, Jo. Woverio, Bald. Junio, Philippo Rubenio, Hub. Audeiantio canum laudes, amatoria

(1) B. 300 b. — 304 b.
(2) Dedicatio III id. Feb. 1602, inscripta.
(3) B. 350, 351, b. et a.
(4) Mense martio, 1602.
(5) Ep. 27, B. 381 b.

voce evolvit (1). De more veterum qui liberos passim exponebant vel abjiciebant, infra commentatur (2). Annibalis iter tum considerat, de quo triplex opinio. Alii *Poeninis* jugis intrasse volunt, alii *Graiis*, tertii *Taurinis* et Polybius horum stat ordinibus. Lipsius vero concludit Annibalem, transiisse per Alpes, quæ postea *Coctiæ*, etsi itinere parum commodo (3).

LXXVIII. Ep. XXVI[a] alterius centuriæ ad Belgas rationibus evincit Deum esse, Senecæque dictum evolvit nullam gentem usquam adeo extra leges moresque projectam, ut non aliquos deos credat. Quamvis disceptationem hanc laudet *Bayleus*, in dubium Senecæ sententiam inducit et populos deorum notitia omnino carere ex recentis orbis historia probare videtur (4). Imo plus ultra tendit et Lipsium ad Stoïcos confugere qui naturam sensu præditam numen esse dicebant, adfirmat. Hæc sunt Lipsii verba : « At enim, inquiunt, quæ tu adtollis et magnificas, hæc omnia per naturam sunt. Ita enim loquuntur et sentiunt, et tuus etiam acriculus, ut dicebas. Per naturam? quid ea est? vis aliqua non sentiens mundo huic

---

(1) Ep. 44, B. 390 a. Vid. etiam Partem 1, § 24.

(2) Ep. 85, B. 409 b.

(3) Ep. 93, p. 413 b. Vid. *de Luc* et anglicum libellum nuper editum *A dissertation on the passage of Annibal*, etc. Oxford, 1820.

(4) OEuvr. de Bayle, T. III, p. 311 et suiv. « Lipse écrivit une lettre destinée à convertir un athée qu'il ne nomme pas, elle est fort bonne; mais il y suppose comme un fait certain qu'on n'a encore trouvé aucun peuple sans religion ni dans le vieux monde, ni dans le nouveau, non pas même parmi les antropophages. Il avait pu lire le contraire dans la relation de *Jean de Levi* et ailleurs. Vous avez vu ce que l'*Escarbot* témoigne dans l'Histoire de la Nouvelle France. Un récollet en dit presqu'autant quelques années après..... (Gabriel Sagard Theodat, Hist. du *Canada*, liv. 2, ch. 30, p. 465, *Paris*, 1636, in-8.)

insita, et per partes ejus omnes permeans? Ita, inquit. Ita? et hæc igitur sine sensu, sine mente, tam pulchra, tam varia, tam distincta facit, ordinat, atque etiam ipsa, quæ animam atque animum habent? quomodo potest ignobile in nobilius, deterius in melius agere, et vim suam efficaciter exercere? Non sequentur et parebunt. At sentiens, intelligens, et animata quædam illa vis est, dicet alius. Si ita jam conventio inter nos est : et hoc quod naturam sic adpellas, ipsa est Deus (1). »

LXXIX. Ep. XLVIII[a] ejusdem centuriæ *Recitationem veterum* (2), ultima de *Coronis* pauca exponit (3). XXIV[a] tertiæ centuriæ Balthasari Moreto addenda *Valerianis* continet (4). Cum Henrico Schottio crebri sermones de lingua Flandrica et Becano agitantur (5), qui non antiquam et elegantem solum sed primogenitam facit, et cæteras velut ex matrice educit. Lip-

(1) B. 436 a. « Si Lipse (Bayle ib., p. 392), a été un homme d'accommodement sur ce sujet, M. de la Bruyère l'a été aussi : » La nature, dit-il, ou elle est seulement esprit, et c'est Dieu; ou elle est matière et ne peut par conséquent avoir créé mon esprit; ou elle est un composé de matière et d'esprit : et alors ce qui est esprit dans la nature, je l'appelle Dieu. » Voilà donc deux auteurs célèbres qui se contentent d'un Dieu corporel, pourvu qu'à l'exemple du Dieu de Spinosa, il soit un être pensant. Un Spinosiste qui ne voudrait pas s'arrêter à des disputes de mots, avouerait à M. de la Bruyère que *Dieu est un composé de matière et d'esprit*, c'est-à-dire une substance qui est étendue et qui pense, et qu'on doit plus l'admirer en ce qu'elle pense (c'est-à-dire, tirer son nom ou sa qualification de Dieu de ce qu'elle pense) qu'en tant qu'elle est étendue. »

(2) B. 447 a et sq.

(3) B. 469 b et sq.

(4) B. 484 b.

(5) B. 493 b et sqq.

sius virum amabat, et ingenium mirabatur. Sed quem fructum ista materies, imo quam fidem habet? Acrior Lipsiana acies erat quæ istis hebetaretur. Nithardi, nepotis Caroli Magni, historia beneficio Pithoei exstat, de dissentionibus filiorum Ludovici Pii, ex qua juramentum quo concordiam inter se sanciunt Ludovicus et Carolus promit noster (1). Tum addit: « Quis hæc ceperit, nisi commodum interpretatio adjuncta in veteri germanica lingua..... Sed nec ea ipsa intelligenda, nisi composita inser se dent lucem, et interpretatione item nostra addamus. » Subinde quædam quæ abire ab hodierna lingua videbantur ex Psalterio veteri, quod viderat apud Arnold. Wachtendonckium (2), circa eadem tempora illa scriptum, eligit. Tandem ait, pluribus citatis auctoribus : « Satis igitur docui, et ante me alii, miscellas inter se linguas esse : nec firmum id telum, quo de primatu pugnent. Etsi pariationes aut originationes, quæ Becanus adfert, quis sæpe sine indignatiuncula aut risu legat? vix hoc Heraclitus, si vivat, aut Lucillianus ille Crassus?... Delectant, fateor, et inventæ originationes, specie acuminis capiunt et detinent : sed non me nimis. »

LXXX. Hæc sana, ædepol; sed quis non celticæ linguæ antiquissima vestigia undequaque subodoratur? quoad Becanum, multi sic senserunt. Jo. Scaliger ad Festum Pompeïum: « Non possum non ridere..... nunquam legi majores nugas,

(1) *Leibnitz*, T. VI, II P., p. 141. *Bullet*, T. I, p. 23 sqq. *J. B. de Roquefort*, glossaire de la langue Romane.

(2) In Catal. Lib. MSS Angl,. T. I, p. 255 a, Oxoniæ 1697, in-fol. legitur: Glossæ veteres Alemannicæ ex perantiqua Psalmorum theotica versione collectæ a Justo Lipsio, nº 5227, art. 2, L.

nunquam insigniorem temeritatem vidi neque audivi..... circulator Mosen reprehendit, quod nomina propria veterum illorum patrum a gentilitia sua hebræa, non a cimbrica deducat..... talia infinita habent ineptissimæ illæ origines, et tamen non desunt qui admirentur. Hoc unum adjiciam in tanta mole libri, vix me reperisse quod verum esset, et licet aliquid veri invenies, tamen id ejusmodi est, ut in ea alea dicere possis eum aliquando ut vincat, assidue perdere. » Camdenus in *Anglia* se Becani insaniam insanire nolle scribit. Stephanus Guichardus, Gallus, vir eruditissimus, in *Harmonia etymologica linguarum*, Becanum ut ridiculum, absurdum et omni ratione alienum, sævior pronunciavit. Ipse Vander Milii quanquam celticam græcæ et latinæ anteriorem judicet, non Becano assentit : « Nisi, ait, insolenter me agere reliquarum linguarum populi pronunciarent, belgicam meam soli hebrææ nulli vero alii, ævo et antiquitate dicerem secundam. Hebræam enim libens ante eam [illegible]. Neque enim mihi tam petulante splene esse liceat, ut velim intolerandum hoc cum Becano jocari, atque linguæ belgicæ antiquitatis quoque palmam præ hebræa tribuere eamque genitricem non modo aliarum, sed et ipsius hebrææ facere (1). » Besnierus vero neminem majori industria ægri somnia texisse quam Becanum fatetur (2).

---

(1) P. 86, c. xx. Abr. Vander Milii lingua Belgica sive de linguæ illius communitate tum cum plerisque aliis, tum præsertim cum latina, græca, persica, deque communitatis illius caussis ; tum de linguæ illius origine et per nationes quam plurimas diffusione, ut et de ejus præstantia. Lugd. Bat., 1612, in-4.

(2) « L'homme le plus ingénieux pour l'erreur, et qui abuse de tout son esprit et de sa politesse, pour donner quelque couleur à ses visions. » Le P. Besnier. Disc. sur la science des Étymologies, en tête du Dict. de Menage. *Paris*, 1694, in-fol., J. v.

LXXXI. Cæterum Lævinus Torrentius operibus posthumis amici sui Joh. Goropii Becani, præmisit epistolam apologeticam pro Goropio, adversus Jos. Scaligerum. Adr. Scrickius quoque in *Monitorum Secundorum* præfatione (1):« Joannes Gor. Becanus linguam nostram celticam quam cimbricam vocat, sed improprie, (Cimbri enim *Kimbren, Kimmeren,* tantum fuerunt advenæ) hebræa vult esse antiquiorem. Omnes reclamant et meritissime. Qua in re, ut nec in ulla originum alia sit ferendus, ita latius de viro quidem doctissimo, sed ad fabulas quam ad seria aptiore; quid latius quam in priore introductione monuimus est dicendum. Becani certe origines docti omnes pridem reprobarunt. Minus quidam eruditi qui plerumque quid præsumunt, ne ignari videantur ignaioribus, absurdissima interdum pro Becano inter se mussitant, agitantque. Nulla ratione, nullo judicio, sed sola opinione..... *Lipsius* demonstrationem aliquam fecit : sed dum fundum rei quodam modo impugnat et circa tempora Caroli Magni hæret, nec ad antiquitatem ullam retrogreditur, nec originem considerat, in majores incidit errores, et sibi ipsi contradicit. Certe si Lipsius veram originem linguamque patriam tam inspexisset, quam externis se miscuit, antiqua illa Belgica quæ profert, non aliter derivata posuisset, quam ex primo illo hebraïsmo, et illam dialecti diversitatem quam in Psalterio veteri vidit, ejusdem esse fundi vidisset, tam cum lingua primogeniæ proxima quam cum hodierna nostra. Et in eo peccaverunt, erraruntque ut Lipsius cæteri, excepto Milio, quod linguam nostram græca et latina inferiorem tam tempore quam qua-

(1) Adr. Scrickii Rodorni Monit. Sec. Lib. v, quibus originum rerumque celticarum et Belgicarum opus suum nuper editum, altius et auctius e fontibus hebraicis, ipsaque rerum origine deducit, probat, firmatque. *Ypris*, 1615, in-fol., in præf.

litate existimaverint. Locum secundum rectissime et debite dat Milius, sed originem quoque non tetigit. »

LXXXII. Idem in priore introductione (1) : » Supervenit Lipsius; ævi nostri Belgarumque primum decus, qui linguam celticam et belgicam intelligens, risu hæc omnia excepit, palamque professus est quid sentiret per epistolam suam XLIV Cent. III. Epist. ad Belg. » Ibique legitur epistolæ censura quam non referemus, nam Scrickius, Becano continentior, conjecturis tamen lascivit. Sed nobis linguæ celticæ indagatores contemptui esse ne quis putet, quum, immortali ævo celebrandus, Leibnitzius hanc materiam sibi tractandam ipse proposuerit, celticique glossarii specimen dederit (2). Sic magnus vir de mythologicis originibus fatur : « Difficile negotium, fateor, ex quo licentia poëtarum omnia perturbavit. Unde *Apollodorus Palæphatus*, aliique historiæ fabulosæ scriptores, sibi aliisque passim contradicunt, confusis, ut apparet, sub uno nomine, diversarum gentium heroïbus; nec jam facile discernendis quæ per figmenta veritati adjecere : perinde ac si quis, sublatis severioribus scriptoribus, ex Milesiis nostrorum temporum fabulis historias populorum concinnare conaretur. Itaque mirum non est, si alii apud AEgyptios, alii apud Phœnices, *Goropius* in Germania inferiore, *Rudbekius* in Germania septentrionali, id est, Scandinavia, alii apud Hunnos et Sarmatas, inveniunt origines theologiæ gentilis. Et credo venturos qui Finnones aut Estios veros esse hyperboreos ostendere aggrediantur deorum genitores; nec despero, ubi aliquando ad Turcas et Tartaros eruditio pervaserit, sibi vin-

(1) Adrian. Scrickj Rod. originum rerumque Celticarum et Belgicarum Lib. XXIII, in-fol. *Ypris*, 1614. Flandrice.

(2) OEuvres. T. VI, P. II, p. 96 et sq.

dicaturos, quæ *Goropius, Rudbekius* ve Cimbricis aut Gothis tribuere (1). »

LXXXIII. Epistola LVI[a] centuriæ novissimæ *Equos* laudat. LXXVI[a] de *Camino, Furno* et *Fornace* plura docet. XI[a] *Saphyrum* luget (2). Ex quo intelligi potest amœna varietas quæ in epistolis reperitur; præterea constat omnibus viris seu ingenio, seu doctrina aut nobilitate claris innotuisse Lipsium. Epistolis non pauca carmina immiscentur, variaque *testimonia*, a *Swertio* pleraque repetita, et quæ, honoris aut amoris tesseram, illis e sua disciplina ortis dabat insignis magister, ut *Woverio, Baronio, Saisse-Vallio, Hertelio, Hacquevillio, Vergerio Aurano, G. Rivio, Ant. Richardoto, Ph. Rubenio* (3). Non cunctas quidem Lipsii literas Moreti collectio continet. Ex doctoris præscripto Reip. literariæ debebat Woverius epistolarum doctorum virorum ad J. L. centurias II (4); Syllogen quoque Epistolarum J. L. et aliorum ad ipsum, antehac ineditarum, (numerantur autem 855) collegit T. I et II sylloges suæ amplioris *Petrus Burmannus*, J. V. D. ac professor historiæ, ve-

---

(1) OEuv. de Leibnitz. T. VI, p. II, P. 85, vid. etiam :

Traité de la conformité du langage Français avec le grec par Henri Estienne. *Paris*, Rob. Estienne, 1569, in-8.

Étymologies celtiques du P. Oudin, dans les œuvres posthumes de Nicolas Gedoyn. 1745, in-12. (Mélanges de Michault. *Paris*, 1754, T. II, p. 292.)

Mémoires de Bullet, sur la langue Celtique.

Dict. Roman, Walon, Celtique et Tudesque, par un religieux de la Congrégation de St.-Vannes. *Bouillon*, 1777, in-4.

Court de Gebelin, préf. du V[e] vol. du Monde primitif. 1778, p. XXXII et sqq. Ibi index legitur eorum qui de celtica lingua scripserunt.

La République des Champs Elysées, etc.

(2) Approbatio III centuriæ ad Belg. 17 Dec. 1601 data est.

(3) B. 139, 188, 195, 225, 238, 246, 455, 468.

(4) Fopp. 759.

terumque monimentorum curiosus scrutator, Leidæ in-4. 1727. In his Jena discessus Ortelio narratur (P. I. § XII.)

Epistola deliberativa an bellum, pax, vel induciæ Hispano in Belgia præstent. Francof. 1609. in-8. Item cum notis, Lugd. Bat. Elzevier, 1633, in-16 (1).

Epistolarum prætermissarum decades VI. Offenbaci, 1610. in-8. (In Bib. Bodlejana.)

J. L. Epistolarum quæ in centuriis non exstant decades XVIII: accedunt poematia ejusdem. Hardevici, vid. Th. Henrici. 1621. in-8 (2).

LXXXIV. Septem Lipsii epistolæ antehac ineditæ reperiuntur in libro cui titulus : *Miscellaneorum* e MSS. libris Bibliothecæ collegii Romani societatis Jesu. T. II. Romæ, 1757, pp. 467—485. (Colligente Petro Lazeri). Nota monet epistolas has non exstare in epistolis Lipsii editis cum cæteris operibus, Lugduni 1613, aut in Epp. quæ in centuriis non exstant decades XVIII, ed. Hardervici, 1621, etsi aliæ leguntur : Epist. Quæst. lib. I. 6. lib. III. 14. lib. IV. 15. lib. V, 15, et inter epistolas Mureti lib. II. 1. 3. In tertia Ant. Mureto inscripta sic refert Justus : « Paro octo libros *Variarum;* universum opus cardinali nostro a me vel invito debetur : habeo enim ra-

(1) In eodem volumine continentur : I. Erycii Puteani de Induciis Belgicis dissertatio politica. II Ejusdem statera belli et Pacis. Notæ *Justini Bonæfidii*, pseudonymi in Lipsium, cum istius epistola pp. 37—164 implent. Scriptæ sunt literæ 3 Jan. 1595. Puteano responsum est in *Ante-Puteano sive Politico-Catholico.* Cosmopoli apud Belgam fidelem, 1633, 42 pp. in-4.

(2) Index Benedicti XII (1758) prohibet lectionem notarum in J. L. epistolas et carmina edit. Hardevici. Decret. 4 feb. 1627.

tionem constantiæ meæ; singulos tamen libros singulis eruditis viris constitui. In quo permitte, quæso, ut primum locum non eruditione aut amore, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ne dignitate quidem sed ætate, Manutio tribuamus. Detur hoc a nobis ambitioni Italorum. Tu quidem extra controversiam secundum, et meo judicio ac voluntate, deos testor *(Bembum* imitatur*)* primum locum obtinebis. Ad cardinalem Sirletum, si quid posthac : ex quo exspecto judicium tuum (1). »

In catalogo Bibl. Emtenkianæ Tom. IV. fol. 22 legitur : *Lipsii epistolæ fol. 4 tom. MSS. — 21 literæ nunquam impressæ, fol. MSS. — Epistolæ variorum ad Lipsium fol. 2 tom. MSS* (2).

In Bibliotheca Ambrosiana Milan. MSS (3). T. I. p. 519 a : *Justi Lipsii methodus legendæ historiæ et ejusdem epistolæ aliquot.*

In Bibliotheca denique Harleiana. Tom. II. in-fol. (4).

NN. 4933—4—5 et 6. *Epistolæ clarorum virorum Salmasii,* Lipsii, *Camerarii, Heinsii, Grævii, Gronovii, Meibomii, etc., exterorum ab anno* 1505 *usque ad* 1683.

NN. 7042—17. *Letters etc. betwict T. F. et Justus Lipsius,* p. 465.

---

(1) Pag. 473—474.
(2) Bibl. Emtinkiana. *Amstel.* 4 vol. 1753.
(3) Auctore Montifalcone. *Paris,* 1739, in-fol.
(4) *Lond.* 1759.

CAPUT XII.

EPISTOLICA INSTITUTIO EXCERPTA E DICTANTIS ORE.

[ANNO 1587 MENSE JUNIO.]

LXXXV. *De ratione conscribendi epistolas* scripsit Erasmus vere, docti dux examinis, magisque in Desiderio apparet incomptus decor et quasi fortes tori in teretibus lacertis. Verum Lipsius juvenibus, non adultis, discentibus, non doctis, librum parabat; nec unquam edèndi isto fine. Nam hæc talia servabat dialogis *De Instituenda Juventute* (1). Quum ad exempla venit omnes veteres legendos putat. « Quis controvertet, ait, nisi forte nuper aliquot Itali, qui in arctum reductam eloquentiam concluserunt finibus tantum Tullianæ lectionis. O vani et fastidiosi! non solum præter mentem magistrorum veterum, sed præter rationem præterque usum. Quos nunc non refello; et adhæsisse olim me ipse paullo juvenilius, donec repressit et revocavit maturioris judicii frænum (2). » Ad calcem exceptum legitur ex Demetrii Phalerei de elocutione. Libellus autem Francisco Raphelengio dicatur (3). Mirum est epistolares Ciceronis, Plinii et Senecæ dotes non distinctim expressisse Lipsium. Cæterum parvuli est opusculum istud, quamvis *Christophorus Heidmannus* illud notis ornaverit. Plerumque cum epistolarum centuriis editum est.

(1) B. 532.
(2) B. 538 a.
(3) V. kal. Nov. 1590. B. 532.

CAPUT XIII.

DE MILITIA ROMANA LIBRI V, COMMENTARIUS AD POLYBIUM.

[1595.]

LXXXVI. Lipsius opus aliquod jampridem meditabatur quod compendio esset tot scriptionibus, et lucem præferret ad historias : *Facem historicam* appellaverat, id est, ut mores romanos publicos privatosque proferrret, atque eos ita illustraret, ut simul loca scriptorum veterum, qui alludunt vel tangunt. Placuit excerpere primum ex omni cumulo quicquid ad *Militiam* faciebat, et id junctim proponere, et serie aliqua ac cohæsione rerum (1). Quem librum Philippo III, Hispaniarum principi, sacravit (2). Ille, si Niceroni annuimus, ex minoris notæ Lipsii operibus est; nam materiam, non satis tenebat, nec satis græca callebat qui Polybium caperet. Bajuletus eum non Lipsii esse credidit, quod ex Patricio sua hausisse plures dixerint; sed non minus esset libelli auctor, quando quidem Patricium in auxilia vocasset (3). Ante Niceronem Casaubonus, Salmasius, Ratbodus, etc. Lipsium stipendia merentem coram tribunale stiterant.

(1) C. 9. G. iij.

(2) C. 5.

(3) Scaligeran. Alt. p. 143. Nicer. Tom. XVIV, p. 128.

LXXXVII. « Lipsii ad Polybium tandem vidi, inquit Casaubonus. Et vis dicam libere quid sentiam? opus est labore magno, judicio recto, ingenio denique talis viris conceptum feliciter ac formatum. Nemo negaverit unum illum hodie res veteris Reipublicæ Romanæ, et nosse eximie et explanare omnium elagantissime. Verum tamen, quod inter nos liceat [μόνοι γὰρ ἔσμεν] mirari interdum subit, cur hanc potissimam rationem tractandi ejus argumenti elegerit? nam ad Polybii lucem quid admodum adtulerit sui, nondum videre potui. Multa ille quidem melius vertit quam priores fecissent interpretes, sed magnam eorum partem *Turnebus,* aliique sibi vindicant. De cætero, si quid in græcis illis obscuri fuit, lucem id adhuc desiderat. Non enim adluxit Fax Lipsiana illis locis (1).» Iterum Casaubonus : « Novissimus omnium qui ante nos in explicatione Polybii aliquam posuerunt operam, fuit *Justus Lipsius*, vir clarissimus, et de meliorum literarum studiis bene meritus; hic si integrum Polybium, aut unam aliquam, e tribus illius partibus latine expressisset, adque hoc incœptum tantam græcæ linguæ peritiam adtulisset, quanta in eo fuit cognitio veteris historiæ totiusque antiquitatis, et latinæ dictionis facultas, post Lipsium in eandem palæstram descendere hoc vero fuisset, post *Roscium,* in scena gestum velle agere (2). »

LXXXVIII. Salmasius de plagio nostrum adpellavit. « Vide, ait, *Patricium* qui italice scripsit *Parallela Militaria* (3) satis

(1) Casaub. in Epist. 21 ad *Bongarsium.*

(2) Casaubon. de prioribus Polybii interpretibus. ad Polyb. Typis Wechel 1619, in-fol.

(3) Franc. Patrizi Paralleli militari, ne' quali si fa paragone delle milizie antiche, in tutte le parti loro, con le moderne. *Roma,* 1574—95, 2 tom. en 1 vol. in-fol. fig.

bona; ex quibus Lipsius magnam partem eorum, quæ de *Militia Romana* commentatus est, videtur hausisse (1). » Schelius item : « Ex professo quidem Franciscus Patricius et Justus Lipsius inter cætera militiæ Polybianæ hanc partem (castra) etiam libris commentariis illustraverunt : sed formam castrorum descripserant jam ante eos non multo diversam Franciscus Maria dux Urbini, Franciscus Robortellus et Corlius, uti opinor. Hi prima illa senticeta amovere, primi hanc partem antiquitatis explicuerunt, postea concursus ad hanc palmam factus est (2). » Fabricius in Bibliotheca Græca : « Quum diligentissimus fuerit in re militari Romanorum describenda Polybius lib. VI. excerp. capp. 17—40, illum locum separatim latine non infeliciter transtulit *Janus Lascaris*, homo græcus, Basil. 1537.... Postea eruditis commentariis illustrarunt illum Franciscus Patricius, in opere de Militia Romana..... tum Justus Lipsius in lib. V de Militia Romana de quo videnda censura Casauboni in Epist. xxx ad Bongarsium, denique Hermannus Ratbodus Schelius in dissertatione de castris et agmine Polybiano (3). »

LXXXIX. Grævius in præfatione Tom. X : « Lingua italica fuit scriptus, et in his terris rarissimus habitus, ex qua in latinam convertit vir cl. Ludolphus Neocorus. Quantus vir fuerit Patricius in omni doctrinæ genere, in philosophiæ re-

---

(1) Epist. Lib. I, ep. 93.

(2) Ratbodi Hermanni Schelii Prolegomena de castris Hygini et Polybii apud Grævium. (Edit. Venet.) T. X pp. 1006—7.

(3) Fabr. Bib. græca II, 761. *Hamburgi*, 1752, in-4. et ed. Harlesii, IV. pp. 329. confer. *Gab. Naudæi* Bibliogroph. militar. ibique nota *Crenii*, in hujus opere de eruditione comparanda p. 510 sq. *Jer. Voeldike* index Biblioth. milit scriptt. vett. Hauniæ in-4.

conditæ mysteriis dilucidandis, æque ac in literis abstrusioribus illustrandis, nemo paullo humanior ignorat. Id enim tot eximia ingenii ejus monumenta luculente testantur. Primus Romanæ rei militaris præstantiam Polybium secutus detexit, cui quantum debeant, qui post illum in hoc argumento, non nesciunt viri docti, qui Josephi Scaligeri epistolas aut Nicii Erythræi (1) Pinacothecam legerunt. Nonnulla quidem rectius et explicatius sunt tradita de hac doctrina post Patricium a Justo Lipsio et aliis, qui in hoc stadio cucurrerunt, ut non difficulter inventis aliquid additur, aut in iis emendatur, sed præclaræ tamen fractæ glaciei laus Patricio tribuenda. » De Patricio enim edixerat Jos. Scaliger : « Fr. Patricius solus mihi videtur digitum ad fontes intendisse; quem ad verbum alii, qui hoc studium tractarunt, quum sequantur, tamen ejus nomen ne semel memorarunt. »

Quæ verba ad Lipsium spectant, quamvis dixerit in proœmio ad Lectorem : « Se non adjutum a prioribus nisi forte a Franc. Patricio italo, quem solum vestigia pressisse in hac semita equidem sciret (2). » De plagiis Lipsianis non pauci, sed injuria, nostro judicio, clamitaverunt (3). Satis pulchre Claudius Clemens : « Lipsius (præf. ad Critic.) suum lectorem idem poposcit, ut si criticis suis animadversionibus adjutum se senserit, si depulsam caliginem, si tentatum vadum, gratum se ac memorem duobus his verbis exhibeat :

(1) Erythr. pp. 203—205.

(2). C. 9.

(3) Thomasius de plagio liter. Crenius, Animad. phil. et hist. fasc. VII. P. Burman. syllog. epist. T. I, p. 631. Histoire des ouvrages des savans, Tom. III, p. 691. Vincentii Placcii de Scriptoribus Pseudonymis detectis, Tom. I, p. 419.

Lipsius invenit. Verum enim vero, fierine potest, Juste Lipsi, ut quam ab aliis mercedem juste exigis, eandem tute aliis non persolveris? Tu (ait Julius Cæsar Bulengerus lib. XII. Hist.) scripsisti Saturnalia, de Amphitheatro et de Gladiatoribus eleganti si quis est alius stilo : sed Petrus Faber, Tholosani senatus princeps, vir longe doctissimus, adversus te vindicias inclamat : e *Semestribus* suis illos insigni plagio subjectos esse defendit, quos orationis flore convestieris, ne semel auctore adpellato. Alii *Strategica* abs te repetunt, et manum injiciunt, nonnulli de Commentariis in Tacitum litem intendunt! ego non interponam judicium super hac re meum. Jacobus Guterius J. C. (de Jur. man. lib. I. c. 22) eundem Lipsium suggillat subpressi nominis Caroli Sigonii, a quo magna ex parte mutuatus fuerat quæ habet lib. I, cap. 29 Electorum, de antiquorum imaginibus; tum addit comiter et festive Guterius : « Quod sciens dolo malo non fecit, bonæ enim fidei Justus professor est, qui non putavit Sigonii nomen proferre, quod ingenii elegantia operumque varietate statim monstretur. » Ego quod ad me adtinet, longe facillimum puto in iis argumentis philologicis quæ Justus Lipsius tractavit, et quæ alii simul illustraverunt, eadem observari, eosdem ritus indicari, atque ad eos probandos eadem auctorum testimonia a singulis proferri (1). »

XC. Vere, medius fidius, non similia sunt ea quæ laboris patientia conatibus eruit iis quæ Ingenium proprio fundo educat. Ibi, fatendum est Patricium Lipsio Ariadnes fila commodasse, nam vestigiis antecedentis insistit noster, additis vero innumeris e veteri doctrina locis quos Patricius obmi-

(1) P. 424. Musei sive Biblioth. tam privatæ quam publicæ exstructio, instructio, cura, usus. Lib. IV, auct. P. Claudius Clemens, Lugd. 1635, in-4.

serat. Sed, uti jam animadvertimus, non græcorum satis peritus erat Lipsius. Casauboni ore sic fatur Huetius in dialogo de Claris Interpretibus (1). « Quo de opere (libris militaribus) in nostra ad Polybium præfatione iis verbis locuti sumus, quibus hominem decuit veteris amicitiæ non immemorem, et amici famæ parcentem : nunc vero ne quid apud vos dissimulem, parum videtur lucubratione hac honori suo consuluisse, vir ille bonus, et si verum quæritis . . . parum si quidem vidit in græcis, nec multo magis in tacticis. » In tacticis sane errat Lipsius, præsertim quum equitum immensam altamque molem in alis collocat (2), quod imitati sunt auctores *Historiæ Romanæ* gallice scriptæ (3), et risit Follardius, homo militaris, harumque rerum peritissimus (4).

Henricus Cuykius, Lovanii, idibus Martiis 1594 libros hic memoratos adprobavit.

---

(1) P. 176.

(2) C. 119.

(3) Catrou et Rouillé.

(4) Préf. p. IX. *Amst.*, 1729, in-4.

CAPUT XIV.

POLIORCETICON SIVE DE MACHINIS, TORMENTIS, TELIS, LIBRI QUINQUE AD HISTORIARUM LUCEM.

[1596.]

XCI. Ernesto Archiepiscopo et Electori Coloniensi novum hocce opus submittitur (1). Rem illepidam, subtilem aut tricosam adgressus est auctor, et ideo stilus et scriptio horrescit aut arescit. Sane uberem segetem dare in macie hac agri, difficile est (2). Non operi huic pepercerunt censores præsertim militares qui togato bellica agitari non facile patiuntur. Follardius, quadam castrensi ferocia, civilibus doctis convicia injicit; sed si Poliorceticis fidem abnuit, non est quod eum vituperemus, tantum deest criticæ comitas (3). Ast ipsum Fol-

(1) Lovanii XVI, Kal. Martii, 1596.

(2) C. 260.

(3) « Les estampes des batailles et des machines de guerre des anciens dans la nouvelle histoire romaine, sont-elles bien sincères? approchent-elles du vrai? j'avoue que l'auteur ne les a pas tirées de sa tête, mais prises par-ci, par-là dans plusieurs ouvrages, la plupart italiens. Mais à quoi pense-t-on de nous donner gravement les imaginations ridicules de ces sortes de savans? reconnaît-on Polybe et Tite-Live lui-même dans l'estampe que l'on donne là de la bataille de Cannes? est-elle conforme au narré de ces deux auteurs? peut-on s'empêcher de rire, en voyant la cavalerie des deux ordres partagée à chaque aîle sur quatre colonnes d'une profondeur immense? jamais les Romains ni les Carthaginois, ni aucune nation du monde ne

lardium *Quintus Icilius* (sic enim Car. *Guischardium* Fridericus ille magnus indigitabat) docte, sed humaniter multis in locis emendavit (1).

XCII. Non desunt in priscis scriptoribus loci militares, sed belli motus, acierum ordines, tentamina, itinera, doli ut facile capiantur, multis minutissimis recollectis indigent, et quantavis sit intelligendi vis, mens oculis juvari debet, ac quum antiqui non pugnarum icones nobis transmiserint, belli usus hanc supplere penuriam unice potest. Quamobrem in Lipsio et in Salmasio et in Casaubono, præter eorum eruditissimas explanationes, multa a militibus desiderantur. Etenim vocabula rei bellicæ non semper proprio sensu ab scriptoribus usurpantur, deinde quum confusim ex omnium ætatum historicis decerpatur, notam pagina contraxit. Livius in scribendo qui jam de iisdem scripserant et inprimis Polybio usus est. Sed potius veneres in bellica narratione quam technicam veritatem assectabatur. A prioribus tacticis paullatim Romani discesserant et miscuit sui temporis ritus atque Scipionum ætatis. Plutarchus Livianis erroribus suos adjecit.

---

combattit ni ne se rangea de la sorte à la cavalerie, mais par escadrons. Lipse, il est vrai, et tous ceux qui le suivent en queue, ont suivi cette ridicule façon de ranger la cavalerie. Lipse sur cet article et dans tous son Poliorceticon est un auteur dont on ne peut trop se défier. Hugo Gromaticus est l'origine de toutes ces méprises. A-t-on pris garde à l'infanterie qui faisait le centre de cette bataille? Je ne vois rien de plus plaisant que le grand chemin qu'on laisse entre les deux corps, comme pour épargner aux Romains la peine de se faire un passage au centre des Carthaginois. »

PRÉFACE.

(1) Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains. *La Haye*, 1758, 2 tom., in-4.

Romanorum castra barbaries invaserat, præcipiente jam Vegetio. Sed ille, sano ductus consilio, rectum deseruit iter, excerptis, sine discrimine, e Livio, Cæsare aut Catone, exemplis. Alterius ætatis tactici apud Græcos, omnia fere ab ingenio petierunt, et, geometrico stilo instructi, acies exararunt fictitias, quas nec loci nec tempora ulla admisissent. Inde rhombi, circuli, anguli, rostra, ova, lunaria, implexa, incurva, etc. Absurdum aut solummodo verisimile hoc integrum, sed minime discreverunt docti, inde mali labes.

XCIII. Lipsius non semel Hyginum citat in libris de *Militia*, sed addit suspectum sibi, non ultra ad manum, paucula tantum excerpta esse. Alios ad edendum cohortatur, quod fecit P. Scriverius. Promisere deinde commentaria in hunc gromaticum principes harum literarum Is. Casaubonus et Claudius Salmasius (1). Non pauca G. Stewechius Lipsio tribuisse videtur (2). Saltem uterque multa simili modo illustrant, adhibitis iisdem figuris. Quos iconismos renovat *Montifalco* in *Anquitatibus* et P. Daniel in *Militia Gallica*.

---

(1) Schelius, loco citato, p. 1009.

(2) Flavi Vegetl Ren. De Re militari, Lib. IV, etc. Antv. ap Plant., 1585, in-4. Vid. epist. 41, Cent. I misc. ad Stewechium de Vegetio, 1582.

CAPUT XV.

ADMIRANDA SIVE DE MAGNITUDINE ROMANA LIBRI QUATTUOR.

[1598.]

XCIV. Admiranda in Imperiis Lipsius collegerat et vulgare successive sibi proposuerat (1). Orsus est a Romano, sed admiranda Hebraïca, AEgyptiaca, Iberica et Gallica præmaturum ejus fatum pressit (2). Quorum partem Anglia tenet, nam legitur in Bibliotheca Harleiana sub N. 4122 : *Justi Lipsii de magnitudine hebræa libri imperfecti, et tumulus* (3). Alberti principis hicce libellus serenissimum nomen præfert (4), dignus legi quidem et a multis æstimatus. *Maitlandus* tamen anglus in *Historia Londinensi*, quod Lipsius et G. Vossius asserant de circuitu Romæ refellit (5). Item de latitudine viarum consularium et lapidum quibus constratæ fuerant, damnatur Lipsius (6). Opus ejus ab Italo versum est, qui res Italicas præ cæteris callere videbatur : *Della Grandezza di Roma e del suo Imperio libri IV, tradotti dal latino di Giusto Lipsio da*

(1) C. 373.

(2) B. Epist. 199. a. 226, b.

(3) *Lond.*, 1759, in-fol.

(4) Lovanii Kal. Mart., 1598.

(5) Maitland. History of London. Bibl. Britannique, Tom. XI, p. 403.

(6) Bibl. Britannique, Tom. XVIII, pp. 308—309.

Filippo Pigafetta, con tre discorsi del medisimo Pigafetta de Sestercii antichi, del Cadimento degli Imperii, e delli Porti di Roma. In Roma 1600, in-8, et eodem anno : *Ristretto della Grandezza di Roma al tempo della republica, e degl'imperadori, tratto dal Lipsio ed altri, dell' incruscato academico della Crusca, posto in luce per Gio. Agnolo Rafinelli. In Roma,* 1600, in-8. Postea theotice, Argentorati, 1620, in-8. *Joannes Polenus* ad Frontinum Magnitudinem Romanam sæpius laudavit (1), laudat et *Lubersacius* (2), etc.

Non facile autem omnia quæ scripta de Roma sunt ante Lipsium, memorem et unde potuerit sumere, ut Dominicum Floccum Florentinum de Potestatibus Romanorum, Pomponium Lætum de Magistratibus Romanis, Raphaelis Volaterrani et Andreæ Alciati idem argumentum, Petrum Nannium de Comitiis Romanis, etc., etc.

---

(1) Sext. Jul. Front. De aquæ ductibus Urbis Romæ. Patav., 1722, pp. 156—30, 158—15, etc.

(2) Discours sur les Monumens, par l'abbé de Lubersac. *Paris*, impr. royale, 1775, in-fol., p. 56.

CAPUT XVI.

SATURNALIUM SERMONUM LIBRI DUO QUI DE GLADIATORIBUS.

[1582.]

XCV. Immerito Faber repetiit, ut suos, *Saturnales Sermones*, nec minus immerito eidem præsuli adscribuntur a *Caspare Scioppio* (1). Semet in libro de *Cruce* validis rationibus excusat Lipsius : « Tale in Saturnalibus neque negamus virum magnum multa ante nos in eo argumento observavisse : sed scripta ejus exstant; quid detraximus? illud tamen non arbitror, ibi aut alibi insigniorem notam aut correctiunculam mala fraude in nomen meum transscriptam. Tetigit aliquis hanc aut illam materiam? quid tum? ego fortassis implevi. Et, ut serio loquar, lectionis aut collectionis tota ista res est : cur alteri imputemus? tot jam annos, imo lustra, in iisdem illis scriptoribus versor, volvo, revolvo in easdem curas : male me Hercules de industria ingenioque nostro sentit, quisquis aut non lecta ea nobis censet, aut neglecta. Ut e fonte quod haurimus nostrum est, quisque tamen suo vase : sic quod e communibus illis scriptoribus, sed quisque pro judicii sui modo. Denique legere, aut colligere parum est : seligere, disponere, eloqui, poscit laudem. Hæc et talia satiare nos scriptionis poterant : melior ratio revocavit, et suasit publico prodesse qua possum (2). »

(1) In notis ad Priap., p. 14.

(2) C. 677.

XCVI. Sagittam ergo imbellem sine ictu conjecerunt litigatores. Libros de Gladiatoribus prisco ritu diu conceptos Augerio Busbequio protulit, qui nuper duplicem libellum itineris et consilii sui vulgaverat. Inde sic assurgit in quosdam : « Nam novos istos, ait, et, ut sic dicam, musteos homines, jure sperno ab his libris : qui, tanquam in venalibus, loqui adhuc latine tentant : quique magni et beati sibi videntur in præceptiunculis et concinnatis aliquot nugis, quas oculo recto non digner adspicere (1). »

XCVII. Confabulatur Lipsius cum Victore Giselino, Jano Lernutio, Jano Duza (Dousa) et St. Pighio. Mensis december advenit, et per febriculam valetudo scriptori non bona, atque sic tædia solliciti morbi garriendo ducit. Hoc opus, ni fallor, inter præcipua Lipsii sedere valet. Figuras addit Otho Venius, de quo Lipsius ad Dominicum Lampsonium : « Otho Venius a nobis abit, sed invitis : insignis moribus et arte adolescens, et cujus manus usui mihi esse poterat ad multa antiquitatis illustranda (2). » Othoni scribit LXXXIII epist. Cent. III, ad Belgas petitque tabulam ubi Arria pingatur : « De pretio coram, addit, quod tu nec a me maximum (nosti enim censum meum) capies, nec cupies quidem, ut animum tuum ego novi, honesti propter honestum amantem (3). »

XCVIII. Grævius in præfatione noni voluminis Antiq. Rom. quod Saturnalia continet, hæc notat in libris (4). Lipsius II.

---

(1) C. 481.

(2) Prid. Kal. Jun. 1584. B. 45, a.

(3) B. 11, Kal. Jun. 1601. B. 523, a. Vid. C. 273, b.

(4) Edit. Veneta.

Saturn. C. 21. Martialis vexatissimum epigramma quod est in libro de spectaculis 29 produxit :

Lex erat ad digitum posita concurrere palma.

De illius ambigit sententia, conjicit tamen an *ad digitum pugnare* non sit ita propinquos junctosque pugnare, ut digitus modo interesset. Sed talis pugnæ nusquam mentio, nec qualis fuerit potest intelligi. Athletæ et pugiles sic certant, non gladiatores..... nihil autem est aliud *ad digitum pugnare,* quam hac conditione pugnare, ut paria non cessent a digladiando, quam alteruter succubuerit, et erecto digito declaret et fateatur se victum esse. Cur vero hoc dicitur *ad digitum pugnare?* muneratores solebant, antequam committebantur gladiatores, conditiones ferre et proponere *(Le chapitre des armes)* aut editis libellis, aut certis signis et symbolis, unde cognoscebatur quibus legibus certandum esset.

XCIX. In eodem libello, cap. 21, docet Lipsius præter complures portulas, quæ fuerint in una parte amphitheatri ad emittendas feras et alios usus, fuisse duas portas majores, quæ sibi fuerint adversæ et oppositæ. Unam ostendit Libitinensem dictam, per quam efferebantur gladiatores et bestiarii occisi, alterius nomen ignorat. At istius nomen discimus ex passione SS. Perpetuæ et Felicitatis : « Et cœpi, inquit Perpetua, ire *cum gloria ad portam sana-vivariam....* » Sic *sana-vivaria* dicta, per quam qui vivi illo certamine fuerant et periculo defuncti, exibant, ut pulchre doctissimus vir Petrus Possevinus in Paralipomenis ad illam passionem observavit.

Adprobatio data est 3 kal. Jul. 1598, ut hi libri de Gladiatoribus recuderentur. Ante annum 1585 primum lucem eos vidisse putat *Nicero*, et ea mens illi venit, ex loco Lipsiano quem mox infra leges.

CAPUT XVI *.

DE AMPHITHEATRO LIBER IN QUO FORMA IPSA LOCI EXPRESSA ET RATIO SPECTANDI, CUM AENEIS FIGURIS.—DE AMPHITHEATRIS, QUAE EXTRA ROMAM LIBELLUS, CUM FIGURIS.

[1584.]

C. Quum universam rem spectaculorum veterum illustrare statuisset Lipsius, muneris utriusque, scilicet tum circi tum scenæ; atque ad eam cogitationem parata ei jam materia omnis et seges esset, pro bono illi visum de locis ipsis eorumque forma quædam prædici. « Itaque, ait, quum libros meos de Gladiatoribus jam emisissem, non sine caveæ senatoriæ et equestris aliquo plausu (1), illos de *Venatione* in manibus haberem et perpolirem : hoc quod vides, de Amphitheatro, prius contexui. » Vix duodecim dierum tota ista scriptio et meditatio est (2). Simulat Lipsius, quum Romæ adolescens admodum ageret, lustrandæ et noscendæ inprimis antiquitatis,

(1) De amphitheatro liber editus est an. 1584; unde Nicero fortassis credidit *Saturnalia* ante an. 1585 edita fuisse, quod non dubium est. Sed quo anno? non satis manifestum habemus; tamen si conjicere licet, si animadvertimus plurima in *Saturnalium* proœmio de Satyra Menippæa an. 1581 vulgata conscripta esse, putandum est primo de gladiatoribus libros excusos an. 1582.

(2) C. 555.

et familiaritas sibi esset cum *Nicolao Florentio*, urbem una se percurrisse quam nunc, ut ingeniosi viri dicterium faciam meum, incolunt Itali Romæ non Romani (1), et conspecto Colissæo, *Florentius* amphitheatralia docet. Quam commentationem Grævius repetiit. Primum ibi describitur amphitheatrum quod ad Ligerim juxta Doveonam; in quo describendo fidem tamen nihil suam obligat auctor, qui omnia tenebat a *Cornelio Aquano*, ejusmodi monimentorum diligente, et *Lævino Kersmakero*, viro gravitate et doctrina noto, qui in finitimis huic amphitheatro locis, aliquot annos egit (2).

CI. In Saturnalibus, libris de amphitheatro et alibi dicitur aut in transitu aut speciatim de conviviis, funeribus, vestimentis et ludis. Scripserat autem de Ludis Romanorum diligentissime Onuphrius Panvinius vermensis; multa de iis habet Julius Cæsar Scaliger in primo Poëtices libro. Et de Gymnicis Ludis plurima tradit in suis de Arte Gymnastica voluminibus Hieronymus Mercurialis medicus patavinus : ex quibus Rosinus multa transtulit. De mensis et conviviis veterum quædam præbet idem Mercurialis in Arte Gymnastica et Variis Lectionibus; Franciscus Robortellus lib. de Vita et victu populi Romani : Aldus Manutius Paulli F. in libris de Quæsitis per epistolam, et alii. De Re Vestiaria scripsit Lazarus Bayfius; multa etiam de vestibus habent Aldus Manutius et Carolus Sigonius; de Sepulchralibus exstabat jam commentarius Lilii Georgii Gyraldi. Scripsit de iisdem et Onuphrius Panvinius. Plurima etiam istorum argumentorum exstant in Alexandri Neapolitani *Genialibus diebus*, Cœlii Rhodigini *Antiquis Lectionibus*, Wolfgangi Lazii *Commentariis Reipublicæ Romanæ*, et aliorum etiam scriptis.

(1) *Duclos.*
(2) C. 593. a.

CAPUT XVII.

DE VESTA ET VESTALIBUS SYNTAGMA.

[1603.]

CII. Hoc syntagmation *Mathiæ Hovio,* archiepiscopo mechliniensi, dicatum (1) et a Grævio recusum, ordine et methodo aperit rem super qua alii sparsim libaverant (2). Rerum Romanorum enim scriptores Livius, Plutarchus, Dionysius Halicarnassæus, Dio, etc. hæc cursim tetigere, nec parum adjumenti erant Varro, Plinius, Agellius, Macrobius, Festus, Nonius Marcellus, Augustinus de civitate Dei, et commentaria in eosdem libros Ludovici Vivis, Bartholomæi Marliani, Georgii Fabricii, Lilii Georgii Gyraldi, etc. Inter recentiores Boccatius de Genealogia Deorum gentilium libros XV edidit, Georgius Pictorius Apotheosin tam exterarum gentium, quam Romanorum libris tribus complexus est, Julianus Amelius de Cognominibus Deorum gentilium libros tres collegit. Omnium autem diligentissime de iis commentatus est Lilius Georgius Gyraldus.

CIII. In hoc libello numismata et antiquæ inscriptiones et marmora explicantur, variique elucidantur scriptores. Videtur tamen Lipsius male Dionis Cassii sensum cepisse quum

(1) C. 599. Idib. juniis 1603.

(2) C. 600 ad lectorem.

ait : *Et in Dione scriptum est sub Augusto Vestam arsisse, et virginis Palladium extulisse ac posuisse in domo Augusti.* Sed forte a graphiario quodam, excerpentis munus implente, corruptum Dionem accepit ; nam solummodo hæc Dio : ἥτε στόα &c., id est ædibus Paulli AEmilii flagrantibus et flamma Vestæ templo non parcente, vestalium princeps, oculis orbata, sacra ad Flaminem Dialem in Palatino agentem deferri jussit. Scilicet, vertendo, ἱερὰ in palladium et τὸ παλατων in Augusti palatium mutata sunt et *flamen dialis pontifex maximus* inepte factus est. Quodcunque sit et præter ea quæ dixerit Dio qui sub Alexandro Severo florebat, Herodianus, tertii sæculi testis, narrat ut miraculum, sub imperio Commodi arsisse Vestæ templum, et tum primum nudum Palladium ob oculos prodiisse, quod pio cultu occultabant studiose Romani (1).

(1) L'abbé Couture. Mém. de l'Acad. des Inscript. et des belles-lettres. Tom. IV, p. 586.

CAPUT XVIII.

DE BIBLIOTHECIS SYNTAGMA.

[1602.]

CIV. Antiquarii more rem tractavit Lipsius, adhortante *Carolo* Duce *Croiio* et *Arschotano*, librorum et numorum curiosissimo, cui primitias libri obtulit (1). Joannes Baptista Cardonius, Tortosæ episcopus, an. 1587 quatuor tractatus scripsit; primus ad Philippum II regem, de ordinanda Escuriali Bibliotheca; secundus de Vaticanis libris ex manuscriptis Onuphrii Panvinii disserit. Tertius hæreticorum libros; quartus Diptycha comprehendit. Bertius an. 1595 scripsit de ordine et usu bibliothecæ; et non multo post Lipsium Erycius Puteanus eidem argumento, sed alio ritu, calamum admovit. Recusum est syntagma Lipsii in libro cui titulus : *Syntagma libellorum et commentationum de bibliothecis atque archivis a Joan. Joachimo Madero. Helmstadii*, 1666, in-4 (2).

(1) XII kal. Jul. 1602.

(2) Burc. Gott. Struvii, introductio ad notitiam rei literariæ. Jenæ 1706, in-8, pp. 45 et 47.

CAPUT XIX.

DE CRUCE LIBRI TRES AD SACRAM PROFANAMQUE HISTORIAM UTILES UNA CUM NOTIS.

[1593.]

CV. Ab ordinibus Brabantiæ principium (1). Monet Lectorem Lipsius hæc germana esse quæ de cruce scripsit, antea atque alibi quæ edita non esse sua. « Quid ergo? non illa dictavimus? fortasse. Sed o imperitiam! quasi edendi illo fine. Reverentior posteritatis sum : et aliud scio esse schedia, aliud opera; nec subitaria hæc nostra dedicanda in Memoriæ templo..... Ego semel et serio testor, audite qui in Europa. *Nihil meum est, aut erit, quod non de autographo meo, et me volente, sit expressum* (2). »

CVI. Joannes Bochius S. P. Q. Antv. a secretis et Maxæm. De Vriendt, eodem ornatus munere apud Senatum Gandavensem, versibus *De Cruce* libros laudaverunt. Ii doctrina (sed si sensus arcanos expromere fas est) non sana, referti sunt. *Cupido Crucifixus* Ausonii et Christus miscentur, sacra profanis coëunt, *serpentes avibus geminantur, tigribus agni. Georgius Calixtus* notis Lipsium auxit et *Gallonius* operi de *Cruce Martyrum* Lipsii epitomen subjunxit. Bajuletus *Gretsero* melius eadem digesta adfirmat. J. *Scaliger* antea nullius pretii Lipsianas hasce curas judicaverat (3).

(1) Epist. ded. pridie nonas novembr. 1592. Adprobatio Henrici Cuyckii 12 kal. decemb. 1592.

(2) C. 640.

(3) « Lipsius de *Cruce* n'a rien fait qui vaille. J'en traite en Eusèbe. » Scaligerana, p. 205.

CAPUT XX.

DIVA VIRGO HALLENSIS, BENEFICIA EJUS ET MIRACULA, FIDE ATQUE ORDINE DESCRIPTA.

[1604.]

DIVA VIRGO SICHEMENSIS SIVE ASPRICOLLIS, NOVA EJUS BENEFICIA ET ADMIRANDA.

[1605.]

CVII. Titulos pudet referre chartarum turpi nota contaminatarum, et errorem memorare scriptoris qui, dum pietatem probare conatur, ingenii debilitatem prodit. Gemuere haud dubio pii homines qui religionem his defendendam armis non credunt. « Mali, ipse inquit (1), aut morosi quidam et prave sapientes non occulte deterrent aut improbant, tanquam a narrationibus parum certis, ut aiunt, et opinione sæpe nixis. Non debere talibus obsolefieri auctoritatem nostram, si quam habemus, dissentio. » Ex omnibus scriptis quibus illum obruere acatholici, uni tantum respondit. Alia prætermisit, seu quod vera sibi imputari sentiret, seu quod adgredientes contemneret, quod minus credendum est; nam totus erat censuræ tactus. Ita passus est silentio Dissertationem de

(1) V Cent. ep. 59.

Idolo Hallensi Justi Lipsii mangonio et phaleris ornato, atque producto; Heidelbergæ, 1605, in-4, qui liber Georgio Michaeli Lingelsheim principio tributus est, sed quem vere composuit Petrus Denaisius J. C. refellere tentavit, Justi Lipsii jam non sui tutor, *Anast. Cocheletus* in *Palæstrita honoris D. Virginis Hallensis pro Justo Lipsio*. Antv. 1607, in-8, ib. 1627, in-4. Virginis Hallensis encomium episcopo cameracensi *Guil. De Berges* dicatum (1) nihil falsi aut ultra veritatem continere testatur Lipsius, nam acta et regesta legerat, et ex iis selegerat quæ dignissima videbantur evulgari. Acta autem subministraverant Aubertus Miræus, canonicus Antuerpiensis et Joannes Hovius, dives in eadem urbe civis (3).

CVIII. Anilia circa divam Aspricollensem Isabella princeps non respuit (4). In fine libri legitur brevis *Rejectiuncula sannionis cujusdam batavi.* Nihilhominus Lipsio manus injecit quidam nomine *Thomsonus* in hoc volumine : *Vindex veritatis adversus Justum Lipsium libri duo. Prior insanam ejus religionem politicam, fatuam nefariamque de fato, sceleratissimam de fraude doctrinam refellit. Posterior* ψευδοπάρθενου *Sichemensis, id est Idoli Aspricollis, et Deæ ligneæ miracula convellit. Uterque Lipsium ab orco gentilismum revocasse docet. Auctore Georgio Thompsono, Andreapolitano Scoto-Britanno.* Londini, 1606, in-12. Tristis tristioris libri refutatio quam haud felicius refellere voluit *Claudius Dausquei*, canonicus

(1) « Lingelsheim *(consiliarius inferioris consilii Palatini)* est l'auteur du livre *de Idolo Hallensi*. Il envoya un exemplaire de ce livre à Scaliger, et le pria de lui en écrire son sentiment. » Scalig. p. 203.

(2) Idib. Juliis 1604.

(3) C. 691. Miræus in vita Lipsii LIX.

(4) 15 kal. Maias 1605.

tornacensis, dum edidit : *Scutum duplex, alterum B. Virginis Aspricollensis, alterum J. Lipsii. Utrumque adversus Agricolæ Thracii satyricas petitiones. Duaci,* 1610, in-8.

J. Scaliger in Scaligeranis scatere mendis versus qui ad finem libri de aspricollensi Virgine, scribit (1).

---

(1) « Il a fait des fautes dans les vers qui sont après sa *Virgo Aspricollis*. Il a fait de pauvres vers surtout sur la *Diva Sichemensis*. » Scal. p. 205.

CAPUT XXI.

LOVANIUM ID EST OPIDI ET ACADEMIAE EJUS DESCRIPTIO. LIBRI TRES.

[1605.]

CIX. Swertio si credimus, Lipsium auspiciis principum, monasteria antiqua perlustrare, jam ætate in senium vergente, decreverat, monumenta indagaturus, sed fatum, morbo vitam minuente, hoc meditantem subripuit (1). Lugendum est Lipsium, civitate Romana donatum, in sua patria prope externum fuisse; nihil enim temporis Belgicæ historiæ studio fere dederat. Opus de Lovanio parvi est, ex quo *Antiquitates Bracbantiæ* et *Res Bracbanticæ* P. Divæi an. 1610 vulgatæ sunt et *Res Lovanienses* solummodo 1757. A Divæo hausisse fatetur Lipsius : « Plura mea industria addidi, et e remotioribus etiam scriptoribus conduxi. » Sed jactatione ista non decipi decet (2). « Non solum Lovanium sed edidisset et Bracbantiæ universæ historiam, ab ordinibus non semel rogatus, atque honesto congiario excitatus, si dies supremus citior non fuisset. Cœperat enim, sic perhibet Miræus (3), mediæ ætatis historiis, præsertim nostratibus, jam grandior adfici : etsi junior

(1) Belgicarum rerum prodromus sive de Historia Belgica ejusque scriptoribus præcipuis commentatio. Antv. 1790, in-4.

(2) C. 753.

(3) In vita J. L. A. L VII. b.

romanarum rerum admirator, usque ad contemtum fere cæterarum fuisset. »

CX. Pugnam Woringæ narrat Lipsius refertque orationem Joannis I ducis ad milites (1): eandem doctiss. Des Roches ex historia MSS. Joannis Heluensis deprompsit, qui ore ducis eam exceperat. Longe alia est Lipsii *Romanarum rerum scriptoris optimi, Belgicarum pessimi*, sua scilicet Minerva fabricata; ea quippe continet quæ dicere dux potuisset, non quæ vera dixit (2).

Duci *Croiio Arschotano* sacer libellus est (3). Non absurdum erit notare Lipsium, cujus modestiam canere gestit Miræus, ibi stirpis nobilitatem ostentare et in Lovanii iconismo suam domum depingi curavisse.

*** Perillustris vir *Rapsaet,* in Acad. Reg. Brux. senatus consultum nuper proposuit de evulgandis, quæ jam antea paravit Cl. præsul *de Nelis,* MSS codicibus rerum Belgicarum (4). Præstantissimus comes ab *Nieuport* hoc opus non Academiæ sed privati civis esse censuit, ideoque, meorum exemplo ductus (5), hanc rem, quantum in me est, adgressus sum *Clericum*que, vulgato antea *Vyncktii* libro, promisi. Continuo cornua addidere vehementerque adhortati sunt multi, auctoritate, dignitate ac doctrina conspicui quos inter (noli me superbia

(1) Lib. II. C. 9.

(2) J. Des Roches epitome historiæ Belgicæ. Tom. II, p. 168, not.

(3) C. 751, adprobatio Censoris data est 28 sept. 1605.

(4) *Nouveaux mém. de l'Acad.* Tom. II. Journal des séances, pp. LXX et LXXI, 26 mai et 7 juillet 1821.

(5) *Id.* p. 262, note. *Vander Vynckt*, Disc. prélim. p. 10. *Mém. sur le Commerce aux XV et XVI siècles*, p. 264.

turgidum credere) referam Eminentem ministrum Baronem *Falck* qui Regi a disciplinis literariis, altissimos Duces *Arenbergii* et *Urselii*, Principem *Gaveræ*, Ducissam *Beaufortii*, comitissam *D'Oultremont*, comitem ab *Hogendorp*, Vice-comitem *Vander Fosse*, Doctiss. *Dewez*, historiæ nostræ sospitatorem, nec non humanissimum equitem *Hulthemium*, cui in æternum devincior (1).

(Non. Mart. an. MDCCC XXIII hæc subscripsi.)

---

(1) Haud minore benevolentia accepti sunt historici fasciculi cum titulo: *Fastes Belgiques*, quibus novam formam mox dabimus, ne diutius morentur, antequam prodeant, providentes.

De colligendis autem cujuslibet gentis annalibus, quæ dixerit D. V. *J. A. L. de Sismondi* legesis, *Revue Encyclopédique*, T. XVI, pp. 267—283.

CAPUT XXII.

POLITICORUM SIVE CIVILIS DOCTRINAE LIBRI SEX QUI AD PRINCIPATUM MAXIME SPECTANT.

[1589.]

DE UNA RELIGIONE ADVERSUS DIALOGISTAM.

[1590.]

CXI. Non jam musæo contineri Lipsius, forum petere et publicis rebus incumbere. Sopitos dudum animos torpore excusserant bella civilia, et literæ angustissimas lumine rimas extendentes. Nuper Nassavius in Apologia libertatis jura vindicaverat (1) et Bodinus reipublicæ institutiones digesserat (2), ne quidem nostratibus contemnendas. Antea Jacobus Middelburgensis de præcellentia potestatis Imperatoriæ contra cujusdam Aretini et aliorum calumnias scripserat librum a Foppensio obmissum et Antuerpiæ a. 1502, in-4. impressum. Quis Machiavellum nescit? quis scripta e nostris tumultibus nata, non saltem aliquot, legerit? Lipsius qui, ante illum

(1) Antv. apud Carol. Sylvium, 1581, in-4. V. Le tableau de l'histoire des princes et principauté d'Orange, par Joseph de la Pise, p. 468, et V. vol. du Corps universel diplomatique du droit des gens, pp. 384—406.

(2) Les six livres de la république, ensemble une apologie de René Herpin pour la rép. de Bodin. *Paris*, 1583, in-8.

politica tentaverant dicit inesse in plerisque justitiam et sermonum multitudinem, nisi quod unius tamen *Machiavelli* ingenio parcebat, acri, subtili, igneo (1). Non est in proposito negare politicos plerosque istorum temporum tyrones fuisse, sed aliquibus laus debetur, qua defraudatos a Lipsio nolim.

CXII. Ipse enim multum abfuit quin scopum tangeret, quamvis, tuba canente, in proœmio imperatorum, regum et principum doctorem sese protulerit (2). Fastidiosa, scholastica operis forma : loci communes, tritæ sententiæ, pervulgaria exempla, nulla fere junctura, superbe exponuntur (3). Centonem fecit auctor et veluti ipse declarat, inopinatum quoddam stili genus instituit : in quo vere poterat dicere, omnia sua esse et nihil (4). Tacitus plus unus illi contulit quam cæteri omnes. Caussa in prudentia viri, et quia creberrimus sententiis : atque etiam, quia familiaris Lipsio et obferebat se non vocatus (5). At omnia ex antiquis fontibus hausta non recentibus semper conveniunt, præterea jam in titulo menda est nam *politica* et *doctrina civilis* duo sunt; jus ibi politicæ infunditur scientiæ (6).

CXIII. Locus quidam istius libelli Lipsium in angustias deduxit. Unam in republica religionem esse docuerat, additis

---

(1) D. 9.

(2) D. 5.

(3) Mélanges tirés d'une grande bibliothéque. Tom. XVII, pp. 153—159.

(4) D. 9.

(5) D. 16.

(6) La Science du gouvernement par M. De Réal, grand sénéchal de Forcalquier. 8 vol. in-4. *Amst.* 1764. Tom. VIII, p. 541 et sqq.

his verbis « Clementiæ non est hic locus: *Ure, seca* ut membrum potius, quam totum corpus intereat. » Lib. IV. C. 3. Theodorus Coornhertius, magnus et philosophiæ et libertatis sacræ ac civilis fautor (1), statim ad Lipsium scripsit, cujus responsa juris publici fecit. Mox flandrice Lipsium exagitavit in libro singulis Lugduni magistratibus misso, quod valde doluit Lipsius; sed quum præcipuus Academiæ ornatus iret, magistratus decreverunt non accipiendam Coornhertii dedicationem, dicando eum senatui non placuisse; non tamen opus ejus supprimi, sed adhortationem populo fieri ut legeretur responsio Lipsii curiæ carissimi. Hæc verum responsio sic inscripta erat :

CXIV. *De una Religione adversus dialogistam liber, in quo tria capita libri quarti politicorum explicantur. Ibi* conatur illa verba *urendi* et *secandi* explicare; παροιμίωδέα sermonem esse, latinis usurpatum in omni aspera et paullum immitiore medicina. Puniendos turbidos hæreticos, sed non omnes uno modo; ut criminum gradus sunt, ita pœnarum. Raro, morte plectendos et secreto, sed mulctis, exiliis, infamiæ notis, largius utendum. Proh! quam clementiam! Coornhertius, vix morbo liberatus, has cruentas leges refringere voluit, et ante fatum diatribam absolvit quam belgice scriptam in latinum sermonem vertendam curaverunt hæredes : *Defensio processus de non occidendis hæreticis, contra tria capita libri quarti Politicorum J. Lipsii; ejusque libri adversus dialogistam confutatio.* Hanov. 1693, in-8. Postea varia super his jurgiis recollecta sunt sub hoc nomine : *Epitome processus de occidendis hæreticis et vi conscientiis inferenda, inter Justum Lip-*

(1) Biogr. universelle. Tom. IX, p. 638 artic. de M. Marron.

sium Politicorum auctorem an. 1589 *ea asseverantem et Theodorum Coornhertium eadem refringentem. Goudæ,* 1597 et 1626, in-8.

CXV. Tertia pars nostra varias Politicorum in varias linguas versiones indicabit. Plures eadem cum suis notis publicaverunt. Quales sunt *Mathias Berneggerus,* Argentorati 1658, in-12. *Ludovicus Praschius,* Norimbergæ 1666, in-12. C. A. *de Lenz,* anno 1700. Joannes *Henricus Boeclerus* etiam de Politicis Lipsianis dissertationem scripsit (1) : primum laudat, non quidem nostro judicio laudanda : « Progrediamur, ait C. V., ad primariam et fortasse paucissimis perspectam satis Lipsiani operis commendationem. Scripsit Politica sua forma inusitata et nova : ita ut e scriptoribus antiquis verba pariter mutuaretur, et rem ipsam, velut e patria quadam nobiliore arcesseret. » P. 366. Caput quintum de *Nœvis Lipsiani operis,* opinionem Lipsii de fato carpit. « Certe, ait, qui non aliter fatum cognoverit, nihilo plus sciet quam Stoïci veteres, quorùm dictis nimis religiose et ἀβασάνιςως attendit Lipsius. » p. 377. Præterea Lipsium Machiavellizare (si dicere fas est) videtur (2), quum eadem insinuat quod apud Lucanum Photinus palam profitetur :

« Tu cole felices, miseros fuge. »

CXVI. Pergit ad cætera Boeclerus et mutabilem Lipsium ostendit. « Quum enim in prioribus Politicorum suorum editio-

(1) Tom. III. Oper. Argent. 1712, pp. 352—385. Ead. Dissertatio Argentor., 1642, in-12. Nicer. et Real, locis citatis.

(2) Locat Lipsium Bruckerus inter eos qui regnandi prudentiam illis regulis concluserunt quæ utilitate magis imperantium, quam subditorum civitatis definiuntur. (Tom. VI, p. 793.)

nibus lib. IV, C. 4, *pro libertate religionis adversus pontificiam crudelitatem et hispanicam inquisitionem* (quam nemo bonus unquam probavit) quædam scripsisset, in posterioribus editionibus, tanquam non a religione modo sed a sana simul mente defecisset, partim obmisit ea (scilicet quæ in Freinshemiana editione reponuntur nn. 7, 9, 12) partim simpliciter et ingenue dicta mutavit. A principio quum proposita esset quæstio *an quietus puniendus?* Statim subjicitur in prioribus edit. *non videtur. Tacere liceat*, etc.; in posterioribus interjungitur cautio, ne magistrorum crudelitatis papalis aures offenderentur : *De quietis temporibus non disputo : de turbidis ambigo; et interdum illa valeant, tacere liceat*, etc. Ecce qui antea simpliciter pepercerat, nunc tempora distinguit et quietis temporibus diversæ religionis homines, quamvis quietos, puniri vult; turbatis differt pœnam, sed interdum; per rationem status, cujus pene addidissem dignum epitheton. Ita quum n. 10, legitur : *vide ne in statu simili, tutior via altera docendi ac dubitandi* : priores editiones longe cordatius : *quanto mitior et tutior via*, etc. Cum dicto Bernhardi : *fides suadenda et non imperanda.* Denique, ut agnoscas plane mutatam in asperiora omnia mentem, recentioris editionis n. 16. cruentum istud pro Hispanica inquisitione inferciunt, quod priores non habebant. Præcesserat ex Lactantio : *multo firmior est fides, quam reponit pœnitentia*, atque id est Lipsii adhuc sani mente. Postea *semi-jesuita*, ut ipse se vocat, ex novæ sacramento disciplinæ addit : *Etsi pœna etiam sæpe reposuit*, et lentis tepidisque animis quod cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit. Quod *Prosperi* dictum scilicet in fucum et speciem huc advocandum erat. Credidissem aliorum potius quam ipsius ingenio tantam μεταμόρφωσιν in eodem libro accidisse : nisi similibus indiciis pluribus, post defectio-

nem suam, hujus quoque vanitatis fidem adfirmasset. » PP. 378 —379 (1).

CXVII. Bayleus acrius urget, quum de una Religione pessimum Lipsii librum vocat, exceptis Virginis laudibus (2); in contraria labitur *Frenoyus* (3). Alii obscuritatem Politicorum vituperarunt. « O angues, ô viperæ, exclamat Lipsius, fugio vos, fugio : et tamen vix effugio (4). » Nam politica in deliciis habebat in epistolis commendata.

> Amatorem quod amicæ
> Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam
> Ipsa hæc delectant. HOR. SAT.

Sed acuti homines non æstimavere, ut *Vayerius* (de Lamothe Le Vayer) et *Teissierus* animadverterunt.

---

(1) Vid. Etiam Bœcleri *Rudimenta officiorum*. Oper. Tom. III. Dissert. Acad. p. 498 et sq.

(2) « Le plus méchant livre qu'il ait jamais fait, excepté les impertinentes histoires, et les fades poésies qu'il fit sur ses vieux jours sur quelques chapelles de la Vierge. » Bayle. OEuv. Tom. II, p. 405.

(3) « Rien n'est plus sage, plus concis, et plus instructif que le traité *de politicis* de J.-L. (Lenglet du Fresnoy, Méthode pour étudier l'histoire. *Paris*, 1772. Tom. X, p. 103). »

(4) D. 12.

CAPUT XXIII.

MONITA ET EXEMPLA POLITICA. LIBRI DUO, QUI VIRTUTES ET VITIA PRINCIPUM SPECTANT.

[1605.]

CXVIII. Hunc librum Alberto principi dicatum (1), novissimo inferiorem non desunt qui dijudicent. Mediocris est compilatio, in qua inter alia legitur *clarissime fata in prædictionibus elucere* (2); tum quærit scriptor an liceat in eventus inquirere, et vates, aut divinos consulere. Revera tum vaticinia captabant et cæcum vulgus et aulici. *Catharina Medicea* vates consulebat, *Cornelius Gemma* prodigia cœli explicabat, et superstitio ita diu permansit. Omnibus innotuit Taisnierius noster (3) ex cujus *Opere Mathematico* (4), hanc fabellam ad lectoris oblectationem desumam. Narrat cheiromantiæ cujusdam meretricis Hispaniæ, experimentum vigesimum secundum Romæ, anno 1516.

CXIX. « Amicus quidam Hispanus mihi familiarissimus, quum Romæ stipendiis universitatis in publicis scolis Sapientiæ,

(1) 15 kal. feb. 1605.
(2) D. 191. a.
(3) Encyclop. Tom. III. p. 349. *Neufchatel*, 1756.
(4) Coloniæ Agr. 1583, in-fol. pp. 430—31.

matheseos lectiones elucidarem, Paulli III auctoritate admissus victitans, sollicitis precibus quotidie instabat, ut ad quandam non parvæ auctoritatis domicellam semel congredi dignarer, ac illius tempore requisito, cheiromantiam (si dignaretur) perlustrarem. Tametsi dicteriis illam mihi suspectam reddidit, tamen una dierum exoratus, congressum non negavi. Pedes accedere indignum arbitratus, equum quem domi cum altera mula alebam, conscendere coegit. Ad domum pellicis perventum, cujus præsentia, gravitatis caussa, non licuit extemporanea frui, donec omnes amasii suo loco considentes nostrum exspectarunt accessum; aperto capite, poplite semiflexo, domicellam salutavi, et reliquum procorum cohortem. Illa tanquam ducissa vix annuente, amicum familiariter rogavi, ut illinc quo citius fieri possit, me expediret. Non licere tantæ auctoritatis dominas importunare ait. Tandem admittimus. Pellicis cheiromantiam depinxi. Illico ubi præter meretricis et concubinæ nefandissimæ omnia indicia nil prospexerim, liberius quæ videbantur congrua exposui. Voluit ex tempore quid a me intelligere; dubitans procorum præsentias nimia verboram copia obfendere judicium procrastinare volui. Illi contra et ipsa, saltem aliquid præsagiendum expostulant. Instinctu amici qui me eo deduxerat, etiam adhuc dissimulato animo dixi, et objeci Socratis sententiam, illamque Veneri naturaliter esse deditam, et ad quodvis genus luxuriæ proclivem, sed ratione et bene vivendi consuetudine illas pessimas inclinationes, auxilio Dei, evasisse. Illa nec illi dissimulatos animos potuerunt amplius celare, sed cachinno simul omnes me verum scopum sine exceptione adtigisse adfirmabant. Adparatis epulis commessamur, et quod satis fuit, vulpem unico laqueo deprehendi, nec iterum eisdem laqueis capi. »

CAPUT XXIV.

LEGES REGIAE ET DECEMVIRALES STUDIOSE COLLECTAE.

[1584.]

CXX. Libellus ille Lovanii, anno 1577, compositus ad calcem libri Antonii Augustini de Legibus et Senatusconsultis recuditur. Leges collegerant Pomponius Lætus, Conradus Celtes, eosque secuti Udalricus Zasius Brigantinus, ad cujus legum catalogum adnotationes adjecit Ludovicus Coranda parisiensis, Paullus Manutius, Franciscus Hotomanus, Pandulphus Pratæus, Fulvius Ursinus, etc. Legibus autem XII tabularum speciatim colligendis, emendandis et illustrandis, multi viri doctissimi suam operam ante Lipsium impenderant. Aymarus Rivallius allobrox eas, lib. II Historiæ juris civilis, est interpretatus. Hunc secuti Oldendorpius germanus et Franciscus Balduinus. Postea plures carptim emendarunt, ut Franciscus Hotomanus, Jacob. Cujacius, Adrianus Turnebus, Josephus Scaliger, etc., etc.; exspectabantur Lipsii et Carrionis in hanc rem commentarii quum Rosinus scripsit Antiquitates Romanas (1).

(1) Lib. VIII. C. 6.

CAPUT XXV.

DISSERTATIUNCULA APUD PRINCIPES, ITEM C. PLINII PANEGYRICUS LIBER TRAJANO DICTUS, CUM PERPETUO COMMENTARIO.

[1600.]

CXXI. Jam occasionem libri diximus. Quum principes Lovanii Athenæum VII kal. Decemb. 1599, inopinato visentes, Lipsium quoque dicere aliquid extemporaneum voluissent, sive jussissent, Senecæ volumen cepit, et, non recedens a more solitæ lectionis, locum Cap. III, de Clementia evolvit (1). Dissertatiunculæ subjicitur commentarius in Plinii panegyricum sæpius impressus, ut videre licet in Bibliotheca Lipsiana. Panegyrico operam navarant Catanæus, Gruterus, Hearnius, Cellarius, Gesnerus, etc.; inprimis Catanæus (2), ex cujus notis præcipue profecit et suas copias instruxit Lipsius, ut conferenti facile patebit. Arntzenius qui Lipsii notas collegit, illum ait manu exarato exemplari usum non videri (3). Tamen adeo meritus est de Plinio Lipsius, ut Schwarzio *Sospitator*

(1) D. 288, 291.

(2) Venetiis per Joan. et Bernard. fratres de Lisona Vercellenses, an. 1510, in-fol.

(3) Præf. Joan. Arntzenii. *Amstel.*, 1738, in-4.

Plinii dicatur. An. 1671, Plinii Panegyricus Salmurii, sub nomine Tan. Fabri, prodiit in-12. Sed nulla re, nisi Lipsii commentario, adjuncta. Quæ editio Viteb. 1689, in-8, prodiit per Kirchmaierum, nihil in textu novi boni habet : notas fere excerptas e Lipsianis (1).

(1) Fabr. Bib. Lat. Tom. II, p. 422.

CAPUT XXVI.

DE CONSTANTIA LIBRI DUO QUI ALLOQUIUM PRAECIPUE CONTINENT IN PUBLICIS MALIS.

[1584.]

CXXII. En jucundæ lectionis charta quam in externos sermones plures transtulerunt. Naudæus ait Lipsium in hoc libello tanquam in Darii scrinio res ipsas quas habebat pretiosissimas, elegantiam videlicet et omnes ingenii sui ac judicii gemmas, artificiose conclusisse (1). Raphelengius, si Jos. Scaligero fides, *Constantiam Lipsianam*, diu in ore et manibus hominum futuram : *de aliis silebitur*, adjicit, *ut hodie de multis aliorum scriptis*(2). Quod nemo nec Raphelengio nec ipsi Scaligero concedet. Scriptum dedicavit Lipsius Magistratibus Antuerpiæ qui illud aureo scrinio asservandum curabant (3). Janus Douza Nordovix, B. Vulcanius, F. Duicius, J. C. Franciscus Raphelengius F., etc., multi alii pedestri et equestri sermone laudarunt. Ad finem libri sunt preces pro constantia fusæ in gravi et diuturno auctoris morbo, anno 1579, ætatis 32.

(1) Gab. Naud. Bibliog. Polit.

(2) Scaligeran. p. 288.

(3) Préface de la trad. de M. de L. avocat au parlement. *Paris*, Prault, 1741, in-12, pagg. XCVII—311.

Videnda est in *Biogr. Univ.*, descriptio exemplaris unici voluminis de *Constantia* (1).

---

(1) Lipsius Fr. Bensio : « De Constantia libros duos, qui pietatem (nisi fallor) aliquam præferunt, etsi priscæ philosophiæ velo, quos ad te mitto, ut non inspicias modo, sed judices : et libere me moneas, si quid exorbitans in iis aut minus rectum. B. 41. a. » « De Constantia nostra, ait Grutero, quod etiam nunc quidam carpunt, securus esto, mi Grutere, morbus hic quidam animi est, et nocere magis volunt quam nocebunt. B. 91. a. »

CAPUT XXVII.

MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM LIBRI TRES, L. ANNAEO SENECAE ALIISQUE SCRIPTORIBUS ILLUSTRANDIS.

[1604.]

PHYSIOLOGIAE STOICORUM LIBRI TRES.

[1604.]

CXXIII. Laudata potissimum Justi Lipsii industria, qui in *Manuductione ad philosophiam stoïcam* et in dissertationibus *de Physiologia stoïca* utilissimum et eruditum nobis exhibuit philosophiæ stoïcæ compendium, quod postea Caspar Sciop-pius iterum expressit (1). Viam instituerunt, recentiori ætate, duumviri de stoïca philosophia egregie meriti Justus Lipsius et Jacob. Thomasius, ab omnibus legendi, verum etiam inter se conferendi, qui accuratum de philosophia stoïca judicium cupiunt. Lipsius enim magna eruditionis et lectionis copia veterum pleraque de Physica stoïcorum narrata, artificiali quidem ordine disposuit, et elegans philosophiæ naturalis

(1) Jacobi Bruckeri hist. critica philosophiæ. *Lipsiæ*, 1767, in-4. Tom. I, p. 894.

Vid. in Annalib. Acad. Lov. oration. inaug. nostram de fatis philosophiæ in eadem Academia.

stoïcorum compendium nobis reliquit, sed præpostero stoïcæ philosophiæ amore et præjudicio ductus, sana pleraque, et externis vocibus consona præcipere stoam, multo sæpius, quam decebat et postulabat stoïci systematis ratio interpretatus est, et errores maximos vel celavit, vel frigide excusavit (1). Th. Stanleius (2) Lipsium secutus est et Olivetus in *Theologia veterum philosophorum* (3) minimum ab eo discessit. Laudavit Diderotus (4), sed non infeliciter in quibusdam correxit *Lebatteux* (5); ad quos lectorem remittere non dubito, jamjam ultra modum crescente pagina.

Tractatus sacrantur prior Ferdinando Velasquio, comiti stabuli Casteliæ et Legionis, alter Petro Enriquez, gubernatori Ducatus Mediolanensis. In fine monet Lectorem Lipsius ab rationali parte quæ fons est et origo moralis scientiæ se gradum prolaturum, deo duce et vita comite, ad tres in ea libros *affectuum, virtutum, vitiorum* (6).

⁂ Quæ in concione coram amplissimo Senatu Acad. Lov. apertisque valvis, de philos. statu ante Lipsium dixerim, quum mihi philosophiæ provincia mandaretur, addendi copiam date.

---

(1) Id. ib. p. 921.

(2) Historia philosophiæ..... auctore Thoma Stanleïo. *Lipsiæ*, 1711, in-4, pp. 542—643.

(3) *D'Olivet*. Remarques sur la théologie des philosophes grecs. 1721.

(4) Encycl. de Neufchatel. p. 533. OEuv. de Diderot (an. VIII), Tom. VII, p. 343.

(5) Mém. de l'Académie des Inscriptions. Tom. XXII, p. 102, pp. 107—108—111—114.

(6) D. 624.

» Inter dotes quas forte Belgis natura denegavit, non est philosophandi facultas adnumeranda. Nam quum mens hominum universa veluti orbis prope dividatur, temperatas zonas Belgarum tenet ingenium, adeo ut nec cæco fervore æstuet, nec frigore torpeat, mobile, rerum capax, sed in audendo prudens, in festinando incedens eodem fere quo, festis diebus, more matrona moveri jubetur. Itaque quibus summas cogitationes complectens, per meditationis auras aquilino remigio tranat, igneis viribus consociat judicium, quod attente sublimia inspicere absque vertigine queat, non specie, non spatio deceptum. Illam vero philosophandi facultatem in Belgis sopor urgebat quum, quinto decimo incipiente sæculo, Lovanii hancce Academiam Joannes, nomine IV, Dux Bracbantiæ instituit, ob id unum laudandus princeps, quamvis laus Engilberto Nassavio, institutionis auctori jure debeatur, quasi literarum posituri sedem, posteaque discordibus armis eversam restituturi Nassavii essent. Tunc dialectice totius philosophiæ solium usurpaverat, nugis canoris sesquipedalibusque verbis gaudens. Renascentibus literis ingenium, præter naturæ consuetudinem, Phantasiæ ludis Rationis opera, vix nido egressum, prætulerat, sed, recto deturbatum cursu, argutias pro veritate captavit et circa vilem patulumque orbem hæsit, pedem efferre impotens. In verba Aristotelis vix intellecti jurabant, cujus scripta non ab Arabibus primum accepta, ut plerique conjectant, versiones latinæ turpiter corrupere. Principio legebatur in scholis : deinceps locum ceperunt professorum commentationes discipulis dictatæ, non probante Petro Blesensi, qui hunc modum studiis profuturum negabat (1).

(1) Crévier, Histoire de l'Université de Paris. *Paris*, 1761, in-12, T. I, p. 222.

Sacra profanaque regebat Stagyrites, aut saltem nomen ejus, quis enim Pellæo præceptori sectantium deliramenta imputet? meliores tamen disciplinæ invalescere cœperant, quas in Belgium invexit Rudolphus Agricola, laudibus Erasmi, haud immerito, pene oneratus. Is, teste Roterodamo, philosophiæ mysteria omnia penetraverat (1), at emunctioris erat naris quam qui scholasticis delectaretur; quumque jam tum multa ipsi de scholastica philosophia subnascerentur dubia, eorum labyrinthis extricandis haud raro præceptoribus gravis fuit, quod sibi ista eximi petivisset. Ita philosophiæ, qualis eo tempore regnabat, summos honores Lovanii ambiit ac consecutus est, Falconis pædagogii hospes; tanta mox hunc honorem sequente nominis fama, ut munerum conditiones adipisci potuisset honestissimas, sicuti plures Vestrum, queis feliciter adcersitis, ingenii et doctrinæ augustus existimator, patriam REX ditavit.

» Nostra est ergo Rudolphi gloria, cujus exstat monimentum in libro de *Dialectica inventione*, cui falsum Erasmus titulum inscripsit (2), ut præteream Phrysii *Orationem de laudibus philosophiæ*, Ferrariæ dictam et declamationum in morem redactam. De dialectica opus, juxta genuina Aristotelis præcepta scriptum, quamvis augustei sæculi nitorem non referat,

---

(2) Chiliad, Adag. cent. IV, p. 415, edit. Froben. In Veneta enim Manutii ista deleta sunt; restituit vero Clericus, Erasm. op. T. II, col. 166, C. prov. 39 : Quid cani et Balneo?

Exhibuit Rudolphi literariam vitam Jacobus Bruckerus in *Templo honorum literaturæ Germanicæ*. Aug. Vindel. 1747, in-4, vid. etiam Histor. critic. philos. Period. III, P. I, lib. I, C. I, pp. 36 sqq. et accessiones ad eosdem locos, T. IV, P. II, p. 684.

(1) De inventione Rhetorica.

ordinis tamen dictionisque perspicuitate et ratiocinandi accuratione, barbariem innumeris parasangis superat : vitia studiorum audacter ibi carpuntur, Aristotelisque *Topica* ac Raymundus Lullius, qui primus philosophiam instauravit, æque vocantur in judicium. Librum hunc commentariis illustrare, ni tot oneribus oppressus, non gravatus fuisset Erasmus, verus ille scholasticomastix (1).

» Acriter interea impugnabant literis adversi, quorum tamen Lovanii quam alibi densa minus cohors. Sed, ut fit, docti indoctis sæpius impares medio excedere cogebantur suasque musas silere jubebant. . . . . .

» Erasmus forsitan non absurde conferetur cum viro qui omnes laudis vias exploravit, proximi sæculi præsul. Ambo ad emendandos homines, ridiculi potentia nati, et, licet diversis opibus instructi, ad eadem fere vergentes, omnia risu excepere. At ille modestiæ non semper pepercit, hic parthenium præ se tulit candorem. Inimicorum turbam ambo fugientes, patriam exilio mutarunt; alter Luthero præivit, alter universis ætatis nostræ novatoribus; is quo paucioribus consuleret eo magis timendus, ille quo plura veneraretur : hic occulta ille aperta dicendi libertate formidandus.

» Nullum adversus philosophastros fortius vibratum est telum quam *Moriæ*. Quanta amœnitate, quot atticis leporibus,

(1) « Opus de Inventione Rhetorica quidam oneravit commentariis, juvenis, ut adparet, nec indoctus, nec infacundus, sed insunt multa *πάρεργα*, quædam etiam odiosiora juveniliterque destomachata; malim scholia docta ad rem facientia; ni tot oneribus essem oppressus, non gravarer hanc suscipere provinciam, adeo faveo Rudolphi memoriæ. » Epist. Hermano phrysio, ed. Cleric. T. III, c. 1070, F.

Buhle, Hist. de la phil. mod., trad. par A. J. L. Jourdan, T. II, p. 311.

aduuco suspendit naso dialecticos ac sophistas, hominum genus quovis ære dodonæo loquacius, non tantum linguaces sed rixosos, syllogismis hirsutos, *ideas*, *universalia*, *formas separatas*, *primas materias*, *quidditates*, *ecceïtates* aliaque portentosa verba vomentes (1)! Sed et seriis etiam philosophiæ profuit, elucidandis rudimentorum methodis, quo barbariei fautorum invidia pene arsit. Crebro agebat Lovanii ubi, ipso teste, non minus erat theologicæ eruditionis quam Parisiis, sed minus sophistices minusque supercilii. Sustulerunt vero supercilium N. Egmundanus et F. Hulstus, sacro armati gladio, Vincentius quidam dominicanus, Jac. Latomus et aliquot literarum meliorum osores, pluresque nihilum intelligentes, imitatorum servile pecus, et ad nutum blaterantes (2). Utinam Plautinis salibus aut Luciani festivitate possem, quam Desiderio Egmundanus, apud rectorem hujus Academiæ excitavit, socco dignam fabulam exponere (3)! risit ipsa philosophia, rugosasque jamdiu frontes ac pileo super-

(1) Quos homines, invisum genus, depinxisse videtur C. V. Ruhnkenius in oratione de *Doctore umbratico* : « Vultus est tetricus et truculentus, ridiculus incessus, abhorrens a more communi corporis motus; vestitus immunda illuvie squalens, ut homines non diceres, sed hominum terriculamenta. »

Scholastici tamen nimio contemtu accepti sunt. « La scholastique, *ait C. Villers*, paraît sous un tout autre point de vue que celui du préjugé vulgaire, quand on a seulement lu ce que Tiedemann en a dit dans son *Esprit de la philosophie spéculative*, et le baron d'Eberstein dans son livre sur la logique et la métaphysique des purs *Péripatéticiens*, où il se trouve entr'autres un morceau curieux sur les *Universaux* et les *Nominaux*....., on prononce cependant toujours avec un ton capable que *cette* querelle était puérile, et il y allait, sans qu'on s'en aperçoive, de la nature de l'entendement humain. » Ch. Villers, Philos. de Kant., p. 134.

(2) Belgica Erasmi vita etc.

(3) Epist. Moro. T. III, c. 607, E. sqq.

bas, hilaritas primum dissolvit. Audire videor hinc festivam Erasmi vocem, illinc immundos Egmundani latratus; hinc comem, tersum, elegantem amabiliterque ludentem virum, illinc furiosum quendam hominem, agrestia opprobria fundentem, qualia derident *obscurorum virorum epistolæ* (1). Paludani, in collegio Lilii, sive Martini alostensis, Belgarum Sosiæ, convictor Desiderius, paucos inter amiculos sollicitam livore vitam solabatur. Ibi in consuetudinem venit Joannis Ludovici Vivis (2) quem, etsi Hispania genitum, Belgæ sibi jure vindicant. De illo nondum vigesimum sextum ætatis annum egresso pronunciat Roterodamus cum in nulla philosophiæ parte non supra vulgum eruditum, tum in bonis literis atque etiam in dicendi facultate eo progressum esse, ut hoc sæculo vix alium norit, quem ausit cum hoc committere (3). Viros etiam pseudo-dialecticos lacessivit et de *Initiis, sectis, et laudibus philosophiæ* haud spernendum edidit librum, adeo gnavus ut scriptoribus ævo consecratis repugnaverit, et inprimis Aristoteli, quæ quidem audacia tunc temporis miraculum erat. His vero initiis animadvertendum est quæ a philosophia maxime abhorrere videntur, res ipsas illi profuisse; sic Buslidiani seu *trilinguis collegii* institutio (4), A. Barlandi, C. Go-

(1) De epist. Viror. obsc. vid. Erasm. op. T. II, passim, De Burigny, Vie d'Erasme, T. I, pp. 229 sw. Voltaire, édit. de Desoër, T. VIII, p. 999; Renouard, Annales de l'imprimerie des Aldes, T. I, p. 133; Belgica Erasmi vita (quæ sub prelo est), not. I, ad § CXXXIII.

(2) Nicolaus Antonius, Bibl. Hisp. P. II, T. I, p. 552, Col. B.

(3) T. III, col. 415, A.

(4) Nascente ac florente hoc collegio, sito ad forum piscium, a nonnullis e facultate artium, qui bonas literas contemnebant ibidem excultas, jactitari identidem solebatur: « Nos non loquimur latinum de foro piscium, sed loquimur latinum matris nostræ facultatis. » Val. Andr. Fast. Acad. p. 277, edit. 1650, in-4.

clenii, P.que Nannii tentamina, linguarum cognitionem evulgando, asperam quæ remanebat tribulorum sylvam prope deleverunt; grave virus munditiæ pepulere, animis in dies expolitis et ad saniora pronis; simul legitimos philosophiæ fontes aperuerunt, ineptis interpretibus ejectis, Aristotele, Platone, reliquaque Hellade genuinum sermonem loquentibus (1). Infremuere, sed frustra, qui minoribus parere turpe credebant et quæ imberbes didicerant, senes perdenda confiteri. Nescio quæ vis inest veritati; mobilitate nam viget, eundo vires acquirit, et prostratis qui obstabant pumillonibus, turpes araneas quibus vestis candor depravabatur, fulgentiori jam toga excutit.

» Tunc docuere Joannes Siriacus, alias Beverus, hanno, Porcensis Gymnasii professor, qui Aristolem de physica auscultatione commentariis illustravit; Joannes Stannifex, gosletanus, Beveri collega et in eodem gymnasio professor, cujus ingenio accepti feruntur illi in Organum aristoteleum commentarii quos vulgo Lovanienses adpellant; Augustinus Hunnæus, mechliniensis, qui philosophiam in Castrensi, non parva cum laude, tradidit, et cui fidem faciunt quæ de logicæ præceptis publicam in lucem emisit. Professi sunt Joannes Rubus, in Porcensi Stagyritam interpretatus, et Cornelius ultrajectinus, qui naturæ philosophiam et ethicam in Trilingui exposuit (2).

---

(1) Audi tamen apud Lipsium neglecti græci sermonis justas querelas. *Lovan.*, L. III, c. 4.

(2) Vernulæus, p. 307 sq.

Idem p. 139 : « Non ad ostentationem sapiunt, aut ad pompam sunt philosophi, non nebulas ex Aristotele, non nubes, ut sic dicam, et inania captant, sed in veræ ac germanæ philosophiæ fundo occupati

» Sed et quo Lipsium piaculo taceam quove maxime excellentem insigni prædicem? . . . . . .

» Quomodo isthac ætate sese habuerint philosophiæ studia breviter disserere orationis leges haud vetare videntur. Stadium seu cursus philosophiæ biennii decurrebatur spatio. Tempus autem biennii ita distribui solebat, ut primi novem menses in tradenda universa Aristotelis logica, præceptisque dialecticis accurate explicandis impenderentur; ut philosophiæ naturali et libris Aristotelis eadem tradentibus, octo; metaphysicæ quatuor, et postremo reliqui tres laboriosis doctrinæ, toto biennio traditæ, repetitionibus adsignarentur; non obmissa ethice seu scientia morali. Logica *Porphyrianam Isagogen, Categorias Aristotelis, Analytica*, libros *de Interpretatione* et *Elenchos;* Physica libros *de anima* ac *metaphysica, physicorum, de cœlo, mundo, generatione, corruptione ac meteoris, sphæram* insuper *Joannis de Sacrobosco* (1) et *Arithmeticam* complectebatur (2). Unde aliena alienis coïre et, quasi diversum genus, confusam camelo pantheram vulgi tum ora convertisse, haud difficile colligere licet. Sed diu manserunt ruris vestigia, serius quia sapientium chartis Lovanienses acumina admoverunt. Toties damnatus, toties adscriptus divis, et semper funere in ipso victor Aristoteles, quod credendum esset, solus adhuc imperitabat; quippe quum notiora essent ejus

---

hunc arant, ex hoc metunt, nihil in eo non a se discussum reliquunt. Jam ea est orbis confessio nullibi melius quam Lovanii philosophiam doceri. »

V. Curtii elegiarum liber de Acad. et urbe Lovan. ibid., 1574, in-8, p. 46, sq.

(1) Sax. II, 300 et Anal. 564.

(2) Fasti Acad. pp. 242, 243.

opera, errores major reverentia tutabatur; neglectaque natura, homines jamdudum ignotos veritatis vultus videre insueti, quando sua audax inscitia obscuras voces resonabat, rerum caussas, heu! decepti, cognoscere rebantur. »

*** Lex illa Zenonis *nihil esse in intellectu quin prius fuerit in sensu* in scholis tum regnabat, quam sic impugnavi in Epistolis meis proxime cudendis :

.... Ramenés ensemble à nos premiers travaux
Toujours aux vieux auteurs, quelquefois aux nouveaux,
De la terre classique adorateurs fidèles,
Nous allions demander d'immuables modèles.
Des règles de Boileau tu louais la rigueur,
Et son vers toujours plein, flexible avec vigueur;
Moi, disciple soumis, gardant mon caractère,
J'aimais le trait malin aiguisé par Voltaire;
Pangloss même aujourd'hui, soutenu de Martin,
Contre moi, dans ma chaire, argumente en latin.
Mais de ces raisonneurs la poignante ironie,
Tous ces contes piquans, débauche du génie,
On ricane sans cesse une aride gaité,
Ont-ils à mes regards montré la vérité?
Le *poco-curanté* de la philosophie
Nous a-t-il éclairés en dégradant la vie?
L'homme de son limon ne peut-il point sortir?
Ce roi de l'univers ne fait-il que sentir,
Et la porte des sens, par les objets heurtée,
Nous conduit-elle seule aux pieds de Sarcothée (1)?
Moïse, du chaos dépeignant le réveil,
D'un seul mot dans les airs allume le soleil,
Homère de Vénus compose la parure,
A la fière Junon il prête sa ceinture,
Et fronce le sourcil du souverain des Dieux;
Cicéron fait pâlir un monstre audacieux;
Aux mondes infinis, répandus dans l'espace
Newton donne des lois et désigne leur place;

(1) Titre d'un poëme latin du P. Masenius.

Et dans ces grands effets mon admiration
Ne verra désormais que la sensation!
Elle seule, dit-on, véritable Prothée,
A l'esprit qui l'attend par l'organe apportée,
Perçoit, connait, compare et juge et se souvient,
Compose, désunit, descend, monte, revient,
D'un long raisonnement développe la chaine
Voit partout une cause ou directe ou prochaine,
Crée un entendement, fonde une volonté
Et condamne notre ame à la passiveté.
Albion s'applaudit longtems de ce système;
La France l'adopta : le savant au teint blême,
Le marquis à la cour, la belle à son miroir,
Crurent toucher du doigt les bornes du savoir.
—Ma foi, vivent les sens! Platon, Leibnitz, Descarte,
En cherchant l'idéal avaient perdu la carte,
L'idéal est un sot, voilà mon sentiment;
Un fait peut dire vrai, mais tout le reste ment :
Rien n'est qu'impression dans notre intelligence.
Avec l'impression notre raison commence.

A ce ton décisif le Germain né penseur,
Sourit, mais sans malice, équitable censeur.
Du sarcasme au français loin d'envier l'usage,
Il chassa le bon mot de l'asyle du sage;
Pour en cacher l'entrée à la frivolité,
Voulut que dans ces lieux régnât l'obscurité
Et d'un pied dédaigneux repoussant la matière
Rendit à la raison sa pureté première (1).
Kant enfin apparut : l'homme fut détrompé
L'absolu remonta sur son trône usurpé;
De notre entendement la force subjective
Aux objets imprima sa forme impérative;
Sans attendre les faits elle osa décider,
La nature sentie à ses lois dut céder,
Et l'Espace et le Temps, ces types nécessaires,
De la perception législateurs primaires,
Dans l'être connaissant restèrent désormais.
Surtout ne croyez pas, ne répétez jamais

(1) *Critique de la raison pure.*

Que l'idée avec l'homme aussitôt a du naître;
L'enfant n'a point connu, mais est prêt à connaître;
Ses facultés dormaient, il veille, il a senti.
L'objet frappe les sens : par les sens averti,
Dans l'ame le cerveau fait éclore une idée,
Et l'idée à son tour, en sa route guidée,
Agit sur le cerveau de qui l'ébranlement
A l'organe attentif passe fidèlement.
L'homme ne voit que lui : dans le gouffre des ondes,
Visitez des Tritons les cavernes profondes,
Sur des ailes de feu, partez, fendez les airs,
Cherchez les régions où naissent les éclairs :
Dans cette immensité vainement élancée
Votre ame n'aperçoit que sa propre pensée.
Ah ! sachons réprimer un vol ambitieux,
Et ne nous plaignons point, sujets séditieux,
Que le corps oppresseur, à la pensée esclave
Oppose obstinément une honteuse entrave.
Un jour, un jeune aiglon, par l'air appesanti,
Murmurait en voyant son essor ralenti,
Et sans prévoir sa chute, il croyait, plus rapide
Voler vers le soleil dans l'abime du vide, etc. (1).

---

(1) Ut autem ad Lipsium redeamus, notabimus multum profuisse Lipsium sequentibus : *Fr. de Quevedo*, *Doctrina Stoïca* (Tom. III, oper. Brux., 1671), *Th. Gataker. Disc. in qua doctrina stoica cum aliis*, etc. (Cantabr. 1652); *J. F. Buddæo*, *Introd. in phil. stoic.* (Lipsiæ, 1729) *Tiedemann*, etc. *De Gerando*, *Hist. comp. des syst. de phil.*, 2e éd. Tom. III, vid. etiam commentationes quæ a doctissimis Wyttenbachianæ disciplinæ alumnis exstant conscriptæ, ut *Mahnii* V. Cl. de Aristoxeno, *Bakii*, de *Posidonio*, *Nieuwlandii* et *Venhuisen Peerlkamp*, de *Musonio*, *Lyndenii* de *Panætio* et (liceat subjicere) *F. N. G. Bagueti*, Acad. Lov. discip. de *Chrysippo*.

CAPUT XXVIII.

AD TACITUM COMMENTARIUS.

[1574.]

CXXIV. Primus omnium edidit Taciti libros *Joh. Spirensis*, inde a l. XI, Ann. cum Germania et libro de Oratoribus, sine titulo operis et sine anni locique nota. Hanc editionem *Romanam* sæpe vocat Lipsius (ut ad Ann. XII, 41, H. III, 5, *codicem* citat et *librum Romanum*). Gruterus, Ryckius et Acidalius imitantur, at hodie opinio tenet, Venetiis a. 1468, vel 1469, hunc librum prodiisse (1). Hanc editionem Gruterus ad H. II, 74, ductam putat e codice Vaticano illo antiquiori, quo Lipsius maxime usus est, unde *Vaticani filiam*, *Vaticanam* vocat. Sed eam rem, comparando lectiones ejus cum lectionibus MS. Vaticani, parum certam cognovit Ernestus (2). Post hanc principem editionem Maittarius (3), commemorat editiones Ven. 1484, et Rom. 1495, sed sine auctore ac teste. Lipsius porro in præfatione editionis primæ an. 1574, ait se usum editionis venetæ, a. MCCCCXCIIII, factæ exemplo. In quo si nihil vitii habet numerus anni, nec MCCCXCIIII est pro MCCCCXCVII, eam editionem nemini præter illum visam oportet, qui Taciti editiones commemoravere. Tamen

(1) Maittarii *Annal.* Tom. I, p. 66; Fabricii Bibl. lat. II, p. 393.
(2) Præf. Ernesti ad Tacitum.
(3) T. V. part. II, p. 293.

de asserto Lipsii vix dubitare fas esse putat Exterus; facile fieri posse, ut editio citata alicubi delitescat; sed æque facile in numeris apud Lipsium error committi potuit.

Subest mediolanensis, s. l. et a. (nam aliæ ut Romanæ fictitiæ sunt) facta a *Francisco Puteolano*, adjuvante *Bernardino Santerio*. Basin fecit ed. Venetam, cui vitia sc. typographica, multa exprobrat, usus etiam libris scriptis. Ea repetita est Venetiis 1497, f. apud Phil. Pincium; sequitur editio *Jo. Rivii* Venetiis 1512, f. quæ facta est e veneta superiori; cujus non modo vitia typographica correxit, sed et alia, quæ ei vitiosa viderentur, interdum parum feliciter. Hanc aliquando Lipsius intelligebat, quum Venetam adpellabat, ut colligi potest e nota editionis quintæ ad A. XI, 18, in fine.

CXXV. Tribus annis post (1515, f.), prodiit clarum inprimis exemplum Romæ, per *Phil. Beroaldum* juniorem, in qua e codice Corbeiensi libri Annalium priores primum in lucem venere. Statim repetiit Mediolani *Minutianus*, per fraudem. A. 1519, novam editionem curavit *Beatus Rhenanus*, Basileæ apud Frobenium : sed nihil aliud quam Beroaldinam repetiit; additis tamen *Alciati* notis, unde quidam Alciati faciunt. Sed textum deinde recognovit *Rhenanus*, usus MS Budensi, et additis notulis, quibus textum *vulgatum*, ut vocat, hoc est venetum illum aut suum superiorem, corrigit interdum. Hoc novum exemplum pariter Basileæ ap. Frobenium, a. 1533, f. prodiit et repetitum est ibidem, a. 1544.

CXXVI. Interea primum Florentiæ, a. 1527, in-8, editus erat Tacitus apud Juntam, cujus textus est Beroaldinus, sed interdum tamen correctus ab *Ant. Francisco Varchiensi*, qui ei editioni curandæ præfuit. Deinde post secundam *Rhenani*, a. 1534, facta est nova in officina Aldina Venetiis, in-8, quæ est

mera illius Basileensis repetitio. Eadem fere est ratio Gryphianæ Lugd. 1543, in-8, additæ autem sunt notæ *Ferreti* et *Rhenani*. Ei autem similes sunt omnes Gryphianæ, quæ ante Lipsianam factæ sunt, ut 1551 et 1559, in-12 (1).

CXXVII. A medio autem XVI sæculo duo eruditissimi viri ad Tacitum corrigendum ingenium doctrinamque contulere, *M. Antonius Muretus* et *Justus Lipsius*, sed *Muretum* prævenit *Lipsius*, quare in litem de plagio vocatus est, sed injuria. Cornelius Valerius Lipsium in Italiam proficiscentem Mureto commendaverat, his verbis : « Vide quanta in te sit humanitas, eruditissime Murete, et quæ opinio apud exteras gentes. Justus Lipsius, familiaris et idem discipulus meus qui literarum et antiquitatis caussa, in Italiam profiscisci velle cœpit, petiit a me amicis quibusdam commendari, inprimis autem contendit, ut ad te, cujus cognoscendi et videndi studio mirifice flagrat, literas sibi darem. . . . . Mitto ad te, Murete, hunc Justum Lipsium, alumnum, ut dixi, disciplinæmeæ, adolescentem ea probitate, modestia, ingenio, eruditione, judicio, quanta testari, possum equidem, me in alio nolo, in istâ imbecillitate ætatis, adhuc esse expertum; tum vero, quod apud te plurimum valet, studiosum antiquitatis et artium illarum quas tu amas, et in quibus maxime excellis, id est optimarum. Cave autem existimes me hæc ambitiose et supra quam res est, commendantium more, scribere : immo vero minus fortasse quam virtus et eruditio adolescentis merentur scribo, ne dum eum laudo, videar nos ipsos institutionemque nostram velle extollere, etc., etc. Lovan., Ante D. 14. kal. sept (2). »

(1) Ernesti præf. ad Tacitum.

(2) M. A. Mureti opera. *Veronæ*, 1728, Tom. II, p. 95.

CXXVIII. Sic contra reposuit *Muretus :* « Redit ad te Lipsius tuus, et redit magno meo dolore. Ita enim me devinxit sibi præstantia ingenii et doctrinæ, integritate morum, suavitate sermonis ac consuetudinis suæ, ut, eo discedente, a memet ipso avelli viderer. Felicem te, Corneli, cujus ex disciplina adolescens tam rari exempli prodiit. Equidem antea et magni faciebam te ex scriptis tuis, et amabam pro judicio, quod amantissime de emendatis a me Terentii fabulis feceras. Nunc vero mihi crede, tanta accessio propter Lipsium facta est, et ad opinionem de te et ad amorem erga te meum, nihil ut magis cupiam, quam occasionem mihi aliquam dari declarandi tibi re et factis, quanti apud me sis, etc. Romæ, III Non. April., 1570 (1). »

CXXIX. Tum libros veteres comparavit Lipsius, ut melior illustriorque per eum prodiret Tacitus (2), et in patriam redux curas publicavit, non sine Mureti jurgiis qui in Variarum Lectionum libro XI, 1, ita loquitur : « Multa jam pridem notaveram in C. Cornelium Tacitum, eaque ut soleo, cum amicis pluribus communicaveram : cogitabamque eum, si daretur occasio, edere a multis, studio atque opera mea, errorum maculis vindicatum, sed dum diem ex die duco, exspectans ejus quod animo conceperam efficiendi atque exsequendi maturitatem, ecce tibi (Hippolyto Estensi S. R. E. Cardinali) Justus Lipsius adolescens eleganti ingenio præditus, mihique dum Romæ fuit, perfamiliaris, tam diu sibi cunctandum esse non putavit. Sed quum ipse quoque ex veteribus libris, quos hic nactus erat multa correxisset, nonnulla etiam acute et ingeniose excogitasset, Taciti libros a se emendatos et illus-

(1) Op. Tom. II, p. 98.

(2) E. Adlocutio iterata et novissima.

tratos publicavit. Qui quum ad me perlati essent, eosque una ego et Gibertus Oddus perusinus, quocum ego ante hos duodecim annos Tacitum totum diligenter evolveram, curiose cum eo, qui tum a me emendatus erat, conferre ac contendere cœpissemus, deprehendimus ita sæpe incurrisse utrumque nostrum in eadem vestigia, ut, qui rem non nosset, pleraque sumpsisse alterum ab altero suspicaretur. Quam tamen suspicionem et a me, si nihil aliud, temporum ratio facile amolitur, neque cadere in Lipsium sinit fides ipsius ac probitas; qua ille non minus quam ingenio excellit. Gavisus sum adolescenti, cujus ego crescenti gloriæ plurimum faveo, tantam exstitisse mecum his quoque in rebus consensionem ac judicii similitudinem, et tamen pauca quædam in quorum nonnullis non prorsus mihi cum illo convenit subjicienda duxi, non tam certandi studio, quam propter amorem, ut ait vetus poëta (1). »

CXXX. Hæc autem Lipsio *Muretus* Scripsit : « . . . . . Si quid mihi apud te fidei est, Lipsi, nemo usque adhuc librum meum cum tuo contulit, et contulere multi ac clari viri, quin obstupuerit. Verba eadem non sunt, neque ego hoc unquam aut dixi, aut scripsi : cætera quidem ita similia, ut non lac lacti. Et negas te a me quicquam accepisse, præter unum, aut alterum locum, in quibus etiam ais factam a te mentionem mei. Quid ego nunc dicam? Non libet tecum ullam contentionem suscipere : non si mihi Juppiter auctor spondeat superiorem me fore. Sed tamen tu me non nisi semel nominasti : sed piget super re tam tenui plura. Quæso, obtestorque te ut in illa capitis primi præfatione, quicquid est quod in deteriorem partem accipi posse videatur, mutes, corrigas, deleas. Potes has meas literas Plantino ostendere : ex quibus intelli-

(1) M. A. Muret. Opp. Tom. III, pp. 270—271.

gat, mihi id non tantum volenti, sed cupienti atque exoptanti fore. Nihil enim mereri velim, ut te amicum habere desinam aut vero ulla ex parte minus mihi amicum esse suspicer. Dices : cur id ipse non facis? Non tam facili cuilibet detegerem arcana mea. Sed tu me jam pridem nosti, quam sim in hoc toto genere ῥᾴθυμος. Ne vivam, Lipsi, si hujus capitis ullum penes me exemplar habeo, hoc alius non ita facili crederet, te, qui quam sim μισόπονος nosti, crediturum esse confido. Iterum te etiam atque iterum oro ut quicquid asperius dictum videbitur, mitiges. Reliquos libros quos jam missurus eram ad Plantinum, tunc demum mittam, quum istuc quod te rogo, a te præstitum esse cognovero. Interea ama me et certo tibi persuade te a me amari. Romæ, non. Sept., 1576 (1). »

CXXXI. In epistolis una exstat, cui quidem adscriptus annus, nescio an recte 1581, ubi Lipsius ait : « Ita adolescens judicavi, ita nunc, consensum quendam esse conspirantis judicii nostri et naturæ, qui ad conjunctionem, quæso te, valeat, non ad æmulationem, aut, quod pudet me dicere, simultatem. Et fuere tamen improbi homines, qui id sperarent, etc. (2). » Cum his conferenda est epistola ad Bensium (non melius, credo, sub anno 1584 posita), « M. Antonium Muretum amo, æstimoque. Minus prompte id ostendo, quia multa in me ab illo non amica. Quo meo merito? Tacitum edidi, quid ergo? an illius? quæ hic injuria est, si campum eundem famæ decurri sine fraude (3)? etc. » Absit igitur, procul absit ista injuriosa plagii accusatio, et si vere plagiarium Lipsium fuisse tenent, fateantur autem illum pseudo-Amphitruoni Terentiano similem qui domus alienæ dominus erat.

(1) Muret. Op. Tom. II, p. 341.
(2) B. 41. b.
(3) Ib. a.

CXXXII. Ab ineunte ætate dilexit atque admiratus est, ex omnibus auctoribus plurimum, Cornelium Tacitum; ut pote qui omnino in illud dicendi genus, cui non absit quicquam neque supersit, natura ferebatur; quem usque eo in amoribus habuit, ut ad verbum edisceret. Audivit Erythræus, de eo, qui sermoni se interfuisse narrabat, in Germania, quum esset apud principem, nescio quem virum, ac die quodam injiceretur mentio de Tacito, gloriantem Lipsium dixisse, se aureum illud volumen adeo memoria comprehensum habere, ut nihil ex ea unquam exciderit; qui etiam sponsionem lacessivit, ni ita esset ut diceret. « Atque agite, inquit, statue hic aliquem cum pugione, ac si, Cornelium totum recitans, verbum unum peccavero, non recuso quin eo me ille pugione confodiat, ac sponte jugulum vel pectus, quod ferire possit, aperiam (1). » Quæ jactatio ridetur ad notas Menkenii in *Doctorum Charlatanariam* (2).

CXXXIII. Codicibus *Vaticanis* pluribus usus est Lipsius et *Farnesiano* quem se beneficio Fulvii Ursini adeptum refert et ad A. XII, 36, *Romanum* dicit; laudat interdum *codicem Hispanum*, qui fuit Covarruviæ, ICti clarissimi. Idem etiam mentionem facit *Codicis Sambuci*, quem a se consultum dicit super aliquo loco, quum Vindobonæ esset, ad H. II, 23. Ante Lipsium nobilis fuit ille *Budensis codex*, e bibliotheca Corvini Regis, quo usus est Rhenanus. Lipsius contra ad A. XIII, 25, non optimæ notæ fuisse censet; J. Gronovius etiam recentem et interpolatum, ad A. XI, 18. Post Lipsium nemo e Taciti editoribus codice scripto usus est, secundum Ernestum, ante Theod. Ryckium. Is codicem habuit eum,

(1) J. N. Erythr. p. 544.
(2) Charl. des sav. p. 34, n. 35.

qui quondam Rod. Agricolæ fuerat, unde *Agricolæ codex* vocatur. Ex eo quædam excerpta cum Lipsio communicavit olim Franciscus Modius; quæ Lipsius pro conjecturis potius Agricolæ, quam lectionibus codicis antiqui, habuit, ut e notis ejus adparet, vide v. c. ad A. XIV, 60, ex. « Tacitum ad me, scribit *Modio* a. 1582, sive eclogas potius tuas in Tacitum, si mittes, gratum : et utar, non sine memoria ejus, per quem utar. Paramus enim iterum vulgare commentarium nostrum, sed auctiorem (1). » Fama etiam quondam fuit de codice antiquo Taciti, qui Bambergæ servaretur. Sed Francisc. Modius, a Lipsio de eo consultus, rescripsit falsam illam famam esse, nec quicquam ibi reperiri, nisi paucas e libello de moribus Germanorum plagulas, easque recenti manu scriptas, in Lipsii usum se comparasse scribit Modius (2).

CXXXIV. Josiæ Mercero scribit quoque Lutetiam Lipsius : « Notæ tuæ ad Cornelium nostrum quas mittis (vere, non blande dicam) vix tuæ ætatis.... Nos Tacitum vulgare iterum paramus, cum commentariis nostris (sive notæ erunt) ad omnes libros. Nam priores sane illi ad Annales, refingendi etiam sunt : quia et lapsus alibi sum, et quædam mihi elapsa. Cur negem? semitam sæpe ingredior, quum maxime censeo viam, et gratiam serio habeam, si quis corrigat, dirigat, reducat. [Id. Martiis, 1582] (3). » Jano Guilielmio scribit : « Tacitus noster prodit, et novæ ad historias reliquosque libellos notæ. Sed notæ tantum, plura valetudo vetuit, et hæ turbæ, quæ rerum et mansionis nos faciunt incertos. [13 kal. octob. 1584] (4). » Ludovicus Dorleans parisiensis, IV non. mart. 1599,

(1) B. 25. a.
(2) Tom. I. Syllog. epp. Burm. p. 107.
(3) B. 27. a.
(4) B. 48. b.

Lipsio scripsit : « De tuis laboribus quum Muretus et ego nuper colloqueremur, nescio quo modo mihi excidit fateri, sedula manu aliquando Tacitum tractasse, in eoque multa adnotasse. Quod ut audivit, etiam atque etiam rogavit, ut quorum reminiscerer tibi copiam facerem ; quippe dicebat te in ejus recognitione nunc operam navare. Suppudui, fateor. Quid enim? Mene Veneri literariæ suem ? Tamen quum urgeret, adsensi. Parvi ego et quæ occurrere potuerunt tibi trado ; tu si quid est quod e re tua esse judices, utere rogo, imo abutere. » Gratias egit Lipsius, sed aiebat suum quidem Tacitum reformatum jam apud censorem esse, et brevi ad Moretum iturum (1). Dorleans postea suas Novas Cogitationes in Libros Annalium impressit, addito literis citatis Planctu Auctoris in obitu Justi Lipsii. « Heiccine jaces, amande Lipsi, et te obruit quæ subruit cuncta, feralis ingluvies. O spolium optimum et nobile ! nusquam te toga tulit clariores manubias, etc., etc. »

CXXXV. Lipsianarum autem editionum series hæc est :

I. In-8, Antv., 1574, ex officina Plantini.
II. In-8, ib., 1581.
III. In-fol., L. B., 1585, qua Pichena usus est.
IV. In-8, ib., 1588.
V. In-fol., ib., 1589, *Justus Lipsius quintum recensuit.*
VI. In-8 et in-12, 1595, ap. Hier. Commelinum.
VII. In-8, Antv., 1598.
VIII. In-8, L. B., eod.
IX. In-fol. et in-4, cum Velleio Paterculo, Antv., 1600, *Justus Lipsius postremum recensuit.*
X. In-fol., Antv., 1607, commentarii aucti emendatique ultima manu, et consultis Pichenæ notis emendatiores, a Woverio

(1) Novæ cogitationes in Libb. Annal. *Parisiis*, 1622, in-fol.

Principi Alberto dicati. Accedit præter commentarios et excursus dispunctio notarum Mirandulani codicis.

XI. Post Lipsii mortem, in-8, L. B., 1619.
XII. In-8, Aureliæ Allobr., 1619.
XIII. In-12, L. B., 1621.
XIV. In-fol., Antv., 1627.
XV. In-fol., ib., 1637.
XVI. In-fol., ib. 1648.
XVII. In-fol., ib., 1667 et 1668.

Omnino meliores Lipsianæ sunt editiones, quæ post Pichenam prodiere. Nam ex ea in multis profecit, in quibusdam mentem mutavit, ut ipse dicit in præfatione editionis ultimæ. « Neque enim negamus, alios utiliter adlaborasse, et quanquam nos primi aut præcipui viam munivimus, illos etiam adjuvisse ad complanandum, aut emuniendum. Hoc in paucis, sed bonis notis, e Gallia Josias Mercerus fecit; hoc Curtius Pichena ab Italia, sed et e Britannia contulit Savillus. Pichena tamen super omnes, adjutus a Florentino bonæ notæ codice, qui in Medicæa bibliotheca adservatur, et qui centenis circiter locis conjecturas nostras (quod gaudeam) confirmavit. »

CXXXVI. Ex editione A. 1600, ductæ sunt cæteræ antuerpienses; eæ habent hoc commodi, quod commentarius subjectus est textus, qui ante ad calcem rejectus fuerat. De codicibus quibus Lipsius usus est jam diximus; consuluit, ut etiam videmus, editiones veteres, sed non omnes ab initio. Nam in editionis primæ præfatione unam Venetam e sæculo quinto decimo commemorat, quam sibi ait, pro libro scripto fuisse. In sequentibus paullatim et alias consuluit, ut Romanam quam vocat, id est Spirensis, Venetam alteram Rivii, Beroaldinam

et Basileensem Rhenani, et Florentinam Pichenæ. Fabricius in Biblioth. lat. vol. II, p. 784, tradit in Bibl. Senatus Lipsiensis esse codicem Taciti (ed. Lipsii A. 1585), cum commentariis ipsa Lipsii manu, deinde a F. Hotomanno, Scipione Gentili, Mich. Piccarto, emendatis auctisque. Decepit virum præclarum qui ei hoc persuasit. In titulo libri est manus Lipsii, donantis id exemplum Hugoni Donello, nuspiam alibi (1).

CXXXVII. Omnes qui deinde venerunt textum commentariumve Lipsianum suo bono adcommodarunt, ut Pichena ipse, Freinshemius, J. Fr. Gronovius, Th. Ryckius, Allemanus (Lallemand) Gabr. Broterius, Ernestus et pulcherrima illa Parisina collectio, edente *Lemaire*, etc., etc. Tamen J. Græ-vius existimabat Taciti libros adhuc valde esse mendosos, mirabaturque Lipsium de locis mendosis tam raro admonuisse in commentario suo (2). Cæterum ita præclare de Tacito meritus est Lipsius, ut *Sospitator* etiam *Taciti* dicatur, ejusque commentarius in Tacitum a Burmanno omnibus cæteris ejus libris quamvis bonis præferatur (3). Quod propter opus merito inter principes interpretum relatus est. Habuit tamen adversarios quosdam, magis ab invidia, quam justa caussa. Exiit libellus sub nomine *Pompeii Lampugnani*, cui tit. *Collatio notarum Justi Lipsii in Corn. Tacitum cum MS. codice Mirandulano* (4), Bergomi, A. 1602, in-8, cui Lipsius Dispunctionem codicis Mirandulani obposuit. Auctor a quibusdam habitus fuit, sed perperam, Robertus Titius; alii tribuerant

(1) Ernestus ad Tacitum.

(2) In epist. ad Heins., T. IV, Collect. Burm., p. 498.

(3) In præf. ad librum de Vectigal. pop. Rom.

(4) Adprobavit G. Fabricius 3 Junii 1602, et Lipsius B. Moreto: « Usque patiar? Immo semel ostendam petulantes istos *barbam vellere* languido sed non *mortuo leoni*? » EM. 35.

Frehero; Hippolyto a collibus verisimilius alii (1). Fuisse ei inimicum Hippolytum constat, et testatur rem etiam Moretus in Epist. ad Lipsium (2). Bayleus, qui Lipsium oderat, propter fidei mutationem et dira in protestantes monita, de numero librorum historiæ Taciti Lipsium duriuscule arguit; confutatus est autem in *Observationibus criticis* (3). Iterum de nativitate et dignitatibus Taciti Lipsium vocat (4). Struvius, referens Broterium librorum deperditorum Taciti supplementa elaboravisse, addit Lipsium idem olim facere voluisse (5). Inter ineptias circa hunc scriptorem adsertas, notanda est perridicula cujusdam *Gaudini*, qui a Lipsio ingenti successu Tacitum gallice versum fuisse dicit (6).

Nicolaus Antonius impugnat Lipsium propter ejus opinionem in Dialogum de Oratoribus, et ob id laudatur in Actis Eruditorum an. 1697, p. 245 (7). Lipsio autem accedit G. I. Vossius (8).

---

(1) Bibl. lat. II, p. 397.

(2) Sylloge Burm. T. II, p. 166, cf. et p. 15 et 84.

(3) Rem. critiques sur le Dict de Bayle. *Paris et Dijon*, 1748, in-fol., pp. 754—55.

(4) Dict. ed. 1720. T. IV, p. 2685, n. H.

(5) Struvius, Bibliotheca historica. *Lipsiæ* 1739, vol. IV, p. 1, pp. 348—350.

(6) Abrégé de l'histoire des Savans anciens et modernes, avec un catalogue des livres qui ont servi à cet abrégé. *Paris*, 1708, in-12. *Chardon de la Rochette*, article sur les anonymes de M. Barbier, dans les *Saisons du Parnasse*, T. XVI, p. 161.

(7) Bibl. hispana vetus. *Romæ*, 1696, p. 59.

(8) De Hist. lat. Francof. ad M. 1677, in-4, p. 159, c. 30, lib. I. Vid. Append.

CAPUT XXIX.

ANIMADVERSIONES IN VELLEIUM PATERCULUM.

[1591.]

CXXXVIII. In protreptico ad Theodorum Leewium (III nonas Januar. 1591) ante biennium narrat Lipsius, quum Velleium publice legisset, visum se multis digna luce dicere et cognitione etiam aliorum. Itaque hortatos ut colligeret, disponeret atque ederet; quod fecit in parte, nam ut omnia quæ ad Historiam, Mores, Prudentiam, opportune et utiliter tunc dixerat, adjungeret, visum non fuit, non pauca enim illi hic et alibi, post viros eruditos et serios, observata, quæ tegi aut perire (libere dicit) non sit e re literarum (1). Lipsii commentarii prodierunt Antuerpiæ ad calcem Taciti A. 1607 et 1648, in-fol., ut minores editiones, verbi gratia, Raphelengianam 1591, in-8, aliasque obmittam. In editione Raphelengiana, anni 1591 et 1594, in-8, subjunctæ sunt variæ lectiones ex Aldo, Schegkio et Lipsii prælectionibus. Insignis vero negligentia Lipenii, qui nobis editionem Lugd. Bat., 1594, cum notis Manutii, Lipsii et Jacobi Sadoleti memorat, pro Schegkio Sadoletum substituens. Cum notis eorundem et Rhenani atque Burerii, Fulviique Ursini, prodiit Paris. 1608, in-fol. una cum Tacito variorum notis illustrato. Dav. Ruhnkenius, doctiss. vir, Velleji editiones in præfatione suæ optime digessit (2).

(1) F. 3.

(2) Lugd.-B. 1779, 2 vol. in-8.

CXXXIX. Primus autem Velleium e bibliotheca Murbacensi prolatum ediderat *Beatus Rhenanus,* testatus se Mediolanensem codicem, a Georgio Merula repertum per plures annos frustra exspectasse, nam editio Veneta 1476, quæ a nonnullis memoratur, commentitia est; quod Gesnerus in Bibliotheca adnotat, Wolfgangum Lazium habuisse de bello in Suevos, nugas arbitrabatur Lipsius, sicut et Georgii Merulæ, qui de integro apud se Velleio sparsit, vanitatem ridebat ambitiosam (1). Ad calcem subjiciuntur variæ lectiones e codice vetusto collectæ a Joanne *Alberto Burerio*, incertum an fide et adcuratione debita, adnotatæ. Inde procedunt, suo quisque ordine, Antonius Bonhommæus, Avenione 1532, et Vascosanus 1538, in-fol. Aldus Manutius Venet. 1571, Valens Acidalius Patav. 1590, in-8, et alii. Ad illam Acidalii editionem respicit Josias Mercerus, ad quem Lipsium scribit a. 1591. » Velleium tuum vidi hic, quem sidera bona oculis viderunt, quum admoverunt tibi eodem tempore quo in Italia lacerabatur miser continuis ictibus (2). » Janus Dousa filius hexametros in Velleium Lipsianum cecinit (3).

(1) Lipsius ipse, F. 5.
(2) Tom. I, Syllog. Burmanni, p. 311.
(3) F. 6—8. Vid. append. XV.

CAPUT XXX.

COMMENTARIUS IN SENECAM.

[1605.]

CXL. Stoïcis inprimis gaudebat Lipsius eorumque doctore Seneca cujus stilum imitatus est usque ad vitium, quamvis non probanda sit illorum sententia qui Lipsianam dictionem omnino damnant, et Italorum istorum omnia dente superbo fastidientium, qualis, licet elegans et doctus P. Cordara, qui tantum Erasmo inter nostros parcebat (1). Curas in Senecam Pontifici summo sacravit Lipsius, cui respondisse Erythræum, pro Marcello Vestrio Barbiano vidimus. Adjumentum ei a quatuor eruditis viris, qui præiverunt : Erasmo, Pinciano, Mureto, Grutero. Erasmo, qui primus manum et limam Senecæ admovit, et sæpe utilem aut expolientem, est manifestum; nam nisi ille prævenisset, et explanasset, salebras et aspera fuisse fatetur Lipsius, ad quæ etiam usque adhæsisset. Sed alter ab eo Ferdinandus Pincianus est : vir germanæ criticæ exemplar, cui maximam partem sanum Senecam transcribit novissimus scriptor. Bonis in Hispania libris et bene usus. Sed ille in solo textu emendando fuit : sensa non adtigit neque aliter illustravit, excepit igitur M. Antonius Muretus qui totum Senecam dedit, sed mors perfectioni operis obstitit,

(1) G. Heerkens Notabilium Libb. II. *Groning*, 1765. Lib. I, pp. 74—75.

bona tamen et laudabilia multa sunt. Senecam iterum Gruterus cum libris priscis et chirographis contulit ; quod fecit industria. Judicio ex iis selegit Lipsius et suam etiam operam inspectionemque addidit et textum totum reformavit, sed non citat passim libros. Quod autem a se proprie imputat est *Interpunctio*, et sensuum verborumque distinctio, quæ confusa olim pudenter erant. Argumenta etiam libris scriptisque singulis præposuit et in breviario quodam ordinem ac materiam dedit; in notis perpetuis priores plus diligentiæ habent, posteriores valetudo mala paullulum corrupit, breves vero sunt et sine ambitione, totæ ad utilitatem (1).

CXLI. In epistolis Lipsius : « Senecam proprie meum, id est philosophum, præripuit mihi is (*Muretus*), cui ego olim Tacitum, ut aiebat, quanquam non tam ille me absterret, quam hic lutetianus Faber, qui polite post illum dedit, et ne quid spei relinquat, pollicetur etiam prætermissa (2). » Itemque alibi : « Covarruviæ in Senecam grata mihi, qui et ipse libro veteri usus sum et non pauca observavi. Conferam illa cum meis et cum Nicolai Fabri notis emendationibusque ad eosdem libros. Anne vidistis? Lutetiæ prodiit, sed Fabri nomine non adjecto. Vir doctissimus, et in dignitate, non tanti habuit inscribere operis ejus frontem (3). » Sic Lipsium ipsum judicat Bruckerus : « Recentiorum diligentia in eo valde occupata fuit, ut res nobis Senecæ vel generales vel speciales exponerent, inter quos palmam merito reliquis præripuisse censendus est *Justus Lipsius*, Stoïcæ philosophiæ admirator novus, etc. (4). »

(1) G. j.-v.
(2) Prid. Kal. sept. 1587, B. 78 a.
(3) B. 376 b. Id. octob. 1592.
(4) Hist. crit. philos. T. II, p. 545.

Antuerpienses Senecæ a Lipsio restituti editiones, ann. 1605, 1614, 1632, 1637, 1652, in-fol., lucem videre, adjunctis *Liberti Fromondi* ad Apocolocyntosin et Quæstiones Naturales observationibus. Lipsii notæ leguntur adhuc in editione Amstelod. et Lugd. Bat., a. 1619, in-8, 2 voll. Denique haud prætereunda Senecæ editio Elzeviriana cum integris Justi Lipsii, Joannis Friderici Gronovii, et selectis variorum commentariis, etc. Amstel., 1678, in-8, 2 voll. Prodiit etiam Senecæ editio non contemnenda ad usus juveniles, Lipsiæ, a. 1702, in-8, cum notis brevibus, et e Lipsio, Gronovio, aliorumque doct. virorum penu selectis; editio Venet., 1695, in-12, 3 voll., est repetitio Elzevirianæ ultimæ (1).

Tandem absolvuntur opera quæ continet Moreti collectio. Quartus autem tomus amplo locupleteque indice auctus est a viro erudito, e disciplina et domo Lipsii, forsan *Hub. Audeïantio*, Swertio familiari (2) et nostro auctori quondam ab epistolis.

---

(1) Bib. lat. T. II, pp. 115—116.

(2) Athenæ Belg., p. 347.

CAPUT XXXI.

DE QUIBUSDAM LIPSII SCRIPTIS AUT NON VULGATIS AUT IN COLLECTIONE MORETI NON RECUSIS.

CXLII. Jam nobis occurrit occasio ut de aliquot propositis Lipsii operibus loqueremur, veluti de *Admirandis*, de *Philosophia morali Stoïcorum*, et *Face historica*. Ad Senecam sic præfatur : « Vetus meum consilium magis magisque sedet; quo instituera m *Facem Historicam*, tum et *Ritualium* libros scribere, et in eos congerere, quicquid esset in moribus ritibusque priscis obscurum. Et facem quidem coepi accendere : in quam grandiores illos ritus de *Sacerdotibus*, de *Magistratibus*, de *Ludis*, de *Militia*, de *Nuptiis*, de *Funeribus* et qui tales, volebam includere : in Ritualium autem libros, minores et singulos suis verbis ac literarum quodam ordine explicandos, sicut Lexica quædam verborum utiliter habemus : sic hæc rerum volebam esse, ut ecce, in Seneca occurrunt, *Abdicatio*, *Acta*, *Admissio*, *Adoratio*, *Assessor*, *Atriensis*, Iterumque *Balnea*, *Basilica*, *Boleti* et *Calda*, *Caldorium*, *Canusinati* servi, *Caricæ* anno novo, *Ceroma*, *Cestus*. . . . itaque et communis hic quidam velut commentarius esset Latinorum, Græcorum, poetarum, oratorum, historicorum, philosophorum, miscellorum. Hæc, inquam, instituera m, et materiem ab annis XXV jam paraveram : disponere et exstruere ætas, et magis valetudo, me vetant (1). »

(1) G. iij.

CXLIII. Daturus erat et *Compendium historiarum* et libros de *Institutione juventutis*. Scripserat et *Thraseam* seu de *mortis contemtu*. « De Thrasea meo poliendo, cogitabam, scribit Augerio Busbequio, vereor ut [*ne*] tempora permittant (1). » Pressit auctor quod non omnibus placiturum dialogum præsentiret (2).

Inter schedia porro post obitum repertus est commentarius in L. Annæum Florum prope absolutus (3).

Item Livium, Suetonium et Cæsarem aut emendationibus emendatos aut illustratos reliquit. *De Lectione et Utilitate historiæ Orat. II; Panegyricas Virgini matri dictas totidem* (4).

Cætera breviter recensebimus:

Justi Lipsii nomine *de duplici concordia literarum et religionis* editas *orationes* non esse ipsius sed Melchioris Haiminsfeldii Goldasti, *Miræus* in vita Lipsii refert. *Carolus* etiam *Scribanius*, jesuita, in *Defensione posthuma*, aliquot jam ante mensibus quam orationes istæ habitæ perhibentur, Lipsium Jena dicessisse scribit, quod refutat *Sagittarius* in Lipsio Proteo. Eidem Lipsio tribuit etiam orationes has *Teissier (Éloges des hommes savans, pag.* 389). Itemque Scaligerana p. 141 et Colomesius in Animadv., p. 257 (5).

---

(1) B. 47 a.

(2) B. 49 b. 79 b. 82 a. 95 a. 102 b. 117 a. 179 a. D. 411 b. F. 3.

(3) Bibl. lat. T. II, p. 444.

(4) Ath. Belg., p. 501.

(5) Vincentii Placcii de scriptoribus pseudonymis detectis liber. Tom. I, p. 419, Confer. cum ep. 68, Cent. IV Miscell.

CXLIV. *Inscriptionum Antiquarum quæ passim per Europam liber. Accesit Auctarium a Justo Lipsio, ex officina Plantiniana apud Franc. Rapheleng.*, 1588, *in-fol.*

Supplementum Lipsii qui pp. 59 tenet, *Petro Delbeni* dicatur. Smetianarum inscriptionum curiosam Fridericus Hermannus Flayoerus historiam narrat in Panegyrico Jani Gruteri Grævianæ collectioni, Burmanno edente, præfixo (1).

« Nam ut hujus prodigiosi operis admiranda fata obiter recenseam, inscriptiones tales, primo omnium Martinus quidam Smetius, brugensis sexennio integro totam Italiam pervagando, collegit, et doctorum aliquot auctariis locupletatus, in ordinem summa diligentia redegit, quos deinde ab eodem Marcus Laurinus, Watervlieti dominus, vir antiquitatis amantissimus, describi, magno pretio, rogavit, quod dum agit Smetius, ecce domus universa, cum tota supellectile, etiam cum inscriptionibus illis, comburitur, remanentibus solummodo uno et quinquaginta foliis, in quodam scrinio seorsim custoditis; ex quo casu Smetius totus consternatur. Laurinus contra, et prece et pretio, consternatum solari ac hortari, ut de integro, periculosæ illud opus aleæ plenum, adgrederetur, perditumque, quoquo posset modo, restitueret. Restituit hoc Smetius, restitutumque dat Laurino. Laurinus interim, bellis civilibus in Belgio exortis, Brugis in Galliam fugam molitur : et simul antiquas illas inscriptiones, cum instructissimo antiquorum numismatum thesauro (et ipso opera Huberti Goltzii toto orbe et labore maximo, maximis impensis, conquisito) secum vehere meditatur. Quid fit? inter vias, ab Anglis militibus,

(1) Amst., 1707, in-fol. T. I, p. 49, et J. Leclerc, Bibl. choisie, T. XIV p. 2.

qui Ostendæ præsidium agebant, cum pulvisculo omnia nefarie abripiuntur, ipso quoque optimo Smetio ad Bruxellas, quod reformatæ religionis ageret concionatorem, a militibus furibundis, sine ulla ratione crudelissime suspenso : cujus postea viduam Goltzius uxorem duxit. Interim Janus Dousa, cum Paulo Busio, legatus ab ordinibus mittitur in Angliam; ibi forte fortuna in Anglum militem, opus Inscriptionum illud venale habentem, incidit. Quod et emit, et in patriam transportat, et sic, Smetio quidem ac Laurino defunctis, *Lipsio* tamen auctarium adjiciente, typis describi curavit. Hoc Gruterus tandem noster *asinino prorsus labore* ex lateritio marmoreum, imo aureum fecit, etc. » Plura ejusdem argumenti leguntur in epistola Smetii Laurino quam adeatis, sicuti dedicationem Lipsii Curatoribus Academiæ Leidensis, et præfationem Gruteri, ubi laudatur Lipsii diligentia (1).

CXLV. *De Magistratibus Populi Romani*, et *de veteri scriptura Romanorum. Ambergæ*, 1608, *in*-12. Priorem tractatum G. Scriverius in Republica Romana inseruit. Lugd. Bat., Elzev., 1629, in-32, pp. 241—306. *De re numaria breviarium*, editum a Joanne *Rhodio*. Patavii, 1648; in-8, solum modo hic de re numariâ Romanorum agitur.

Henricus Knippengius, eloquentiæ professor, quondam tractatus peculiares sub nomine *Lipsii* edidit, scilicet :

De Veterum Latinorum scriptura.
De re pecuniaria.
De nominibus Romanorum.
De ritu conviviorum.

(1) Inscript. antiquæ totius orbis Romani. Ex off. Commelin. privileg. datum an. 1600. vid. App. XVI.

De censura et censu (1).
De anno deque ejus diversitate.
De ratione intercalandi.
De crucis supplicio apud Romanos. Leidæ, 1713.
Vid. P. III, ad ann. MDCLXXV.

CXLVI. *Antonii Hottomani J. C.* πωγωνίας *sive de Barba dialogus. Ant. apud Christ Plant.*, 1586, 8, pp. 44, rarus liber.

Editionis in se susceperat curam Justus Lipsius, cui a Joanne Hottomanno, Francisci filio traditus fuerat, ut typis Plantinianis exscribendum librum curaret; aliam illi præcessisse editionem indicare videtur J. Lipsii epistola ad Joannem Hottomannum Lugd. Bat. VI kal. maïas, 1586, scripta et in fronte libelli conspicua (2).

Poemata Lipsii hinc inde sparsa collegit Fr. Swertius et *Musas Errantes* descripsit Antv., 1609 (3). Idem *Flores Lipsianos*, ex ejusdem operibus decerptos, et per locos communes digestos. Accessere *Testimonia, Symbola, inscriptiones et epitaphia.* Antv. typis Belleri et Coloniæ apud Bernardum Gualterum, an. 1620. Swertius insuper proposuerat sibi excudere *Similitudines* sive *Parabolas* ex *Seneca, Plutarcho, Erasmo, Lipsio*, aliisque, per locos communes. Sed infaustis avibus amicique memoriæ tuendæ parum diligens poematia Lipsii, luce pene indigna vulgavit, nam sicuti scribit Cl. Hoevfft :

Carmina Lipsiades toto legerentur in orbe,
Si docti æquarent cetera scripta viri (4).

Ex eodem Lipsio Nicolaus Stochius *Mellificium duplex* similium et aphorismorum, Lugd. Bat, 1591, in-12, et Joachimus

(1) Struv. Bib. hist. T. IV, P. II, p. 295.
(2) Freytag, Apparatus literarius. Lipsiæ, 1755, T. III, p. 314.
(3) Athenæ Belg., p. 256.
(4) Parnasus Latin. Belgicus, p. 72.

Nissæus *Mellificium deliciarum*, Francof. apud Marnium. Sed et *Flores* totius philosophiæ e Lipsio editi sunt Magdeburgi, 1600, in-8.

Cæterum, si qua ibi desint, ad *Bibliothecam Lipsianam* invitamus, quæ ipsa si quibusdam caret ad alias partes remittet.

Alterius altera sic poscit opem et conjurat amice.

En Lipsius ille noster quem inculto adumbravimus penicillo, sed satis tamen ut ingenii illius specimen habeatur. Commentationis orbem concludet plerarumque editionum index.

PARS TERTIA.

BIBLIOTHECA LIPSIANA.

Des veniam bonus, oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox.
Hor. Sat. IV, lib. II.

LECTURIS
S.

Bibliothecam hancce Lipsianam cum librorum curiosis tum celebritati Lipsi demonstrandæ adornavimus. Nec cunctas equidem operum ejus editiones aut versiones notavimus, nam et omnia videre aut legere haud contigit. Quæ autem non visa indicantur, attente ex spectatissimis auctoribus, multo studio ac iterata collatione, sumpsimus; sed quoniam facile in istius modi opera mendæ irrepunt, veniam lectoris, vix limina tangentis, supplices precamur.

SERIES EDITIONUM CHRONOLOGICA.

ANN. MDLIX.

Variarum Lectionum libb. III, Antv., Chr. Plant., 1569, in-8.

Scriptus hic liber anno 1566; dubitat *Nicero* an hoc tempore emissus fuerit, T. XXIV, p. 118, vid. p. II, C. II, § xxxiv; monitum enim ad lectorem Niceroni favere videtur, quum ibi legatur quatuor Variarum Lectionum prius libros fuisse; fidem insuper corroborat cap. I, Dialogi de *Pronunciatione*. Vide nostram P. II, § xxxv.

MDLXXIV.

Taciti opera cum notis, Antv., 1574, in-8, 1ª editio.

Antiquarum Lectionum libb. V, Antv., 1574, in-8. *(Bibl. MS. Scriptt. Antv.)*.

MDLXXV.

Antiq. Lection. libb. V, Antv. Plant., 1575, in-8.

MDLXXVII.

Epistolicarum Quæstionum, libb. V, Antv., 1577, in-8.

M. Accius Plautus ex fide atque auctoritate complurium libr. MSS. opera Dion. Lambini Monstrol. emendatus. . . . adjecta sunt. . . . ex commentario Antiquarum Lectionum Justi Lipsii multorum Plauti locorum illustrationes et emendationes, Lugd. Bat., Gu. Hertman, 1577, in-fol., pp. 785—792.

Et Parisiis apud Joan. Macæum, in-fol.

MDLIXXX.

T. Livii Historiarum liber primus ex recensione J. L. Antv., 1579, in-8.

MDLXXX.

Electorum lib. I, Antv., 1580, in-8.

MDLXXXI.

Tacitus (2ª edit.), Antv., 1581, in-8.

Satyra Menippæa, sive Somnium. Antv., 1581, in-4.

MDLXXXII.

Caii Plinii Secundi Histor. Mundi libb. XXXVII, a Sigism. Gelenio diligenter castigati : accesserunt ad marginem variæ lectiones ac notæ ex Ferd. Pinciani, Adr. Turnebi, Jo. Scaligeri, *Justi Lipsii* et aliorum doctissimorum virorum scriptis diligenter excerptæ, cum duplici indice copiosissimo, Lugd. apud *Pet. Santandreanum*, 1582, in-fol. (*Catal. Pauw. P. III, p.* 49).

Electorum libri II, Antv., 1582, in-4.

Suspicati eramus *Saturnalia*, an. 1582, primum impressa fuisse (§, C., n. 1); quoddam hujus operis exemplar dextræ posterius obvium certiores nos fecit; En ita se habet:

J. Lipsi Saturnalium sermonum libri duo qui de Gladiatoribus. Antuerp., Christ. Plant., 1582, in-4.

MDLXXXIII.

M. T. Ciceronis Consolatio, de quo judicium J. L. subjectum est.

Quamvis non viderim hunc librum, neque ipsum, neque in catalogis, ex epistolis Lipsii credendum est hoc anno apud Plantinum prodiisse; vid. supra Part. II, C. VIII, not. in § LV.

MDLXXXIV.

De Amphitheatro liber cum æneis figuris. Antv. et L. B., 1584, in-4.

Leges Regiæ et Decemvirales. Paris., 1584, in-fol., ad seriem Antonii Augustini operis de *Legibus et Senatus consultis.*

De Constantia, Antv., 1584, in-8 et in-4.

J. Lipsius Van de Stanvasticheyt, overgheset door J. Moerentorf, Leyden, 1584, in-8.

Lipsius B. 49; in epistola Theod. Leewio : « Exemplar latinum Seb. Gryphio nostro dabis, cui ex voto debeo. Belgicum uxori tuæ serviet: Si tamen

hæc ad sapientiam illius sexus. Leidæ, 9 sept. 1584. » Idem Joanni Moerentorfio : « Quam (Constantiam) non legis solum avide, sed vertis, vidi enim specimen et probo. Illud vellem plus aliquid tibi permitteres, nec vestigia usquequaque sermonis latini premeres pede tam certo, etc., etc. Delfis, III, idus Sept. 1583, B. 51 a. *Vid. ad ann. MDCXXVII.* »

Juste Lipsius De la Constance, mis en français par de Nuysement, Leyde, 1584, in-4.

MDLXXXV.

De Constantia, Antv., 1585, in-8 et in-4.

Satyra Menippæa. Parisiis, Guil. Linocerius, 1585, in-8.

Valerii Maximi Dict. Factq. memor. libb. IX, repurgati atque in meliorem ordinem restituti per Steph. Pighium. Accedunt animadversiones et breves notæ *Justi Lipsii* ad eundem, Antv., Chr. Plant. 1585, in-8.

Opera omnia quæ ad Criticam spectant proprie; Antv. Plant., 1685, in-4.

Tacitus (3ª ed.), Lugd. Bat., 1585, in-fol.

Saturnalium sermonum libb. II, Antv. 1585, in-4, cum figuris Othon. Venii.

Credit Nicero aliam præditam fuisse. Eadem in *Antiq. Rom.* Grævii, Tom. IX, pp. 1161 — 1266, ed. Venet, vid. p. II, §, c. not.

MDLXXXVI.

Epistolarum selectarum Centuria prima. Antv.; 1586, in-8, aut in-12, *ut in quibusdam catalogis.*

De Recta pronunciatione latinæ linguæ, Antv. et Lugd. B., in-4 et in-8.

De Constantia, Antv., in-8 et in-24.

MDLXXXVII.

De Recta pronunc. ling. latin. cum commentariis variorum de eadem materia. Paris., Henr. Stephanus, 1587, in-8.

MDLXXXVIII.

Tacitus (4ª edit.), Lugd. Bat., in-8.

Inscriptionum antiquarum quæ passim per Europam liber. Accessit auctarium a Justo Lipsio, ex off. Pl. apud Fr. Raphelenq., L. B., 1588, in-fol. *Vid. appendiculas.*

Animadversiones in tragœdias quæ L. Ann. Senecæ tribuuntur. Lugd. B., 1588, in-8.

Notæ ad Suetonii tres priores libros Cæsarum. Francof., 1588, in-8.

Opera quæ ad Criticam spectant, Antv., 1588, in-4, *(Bucher Lexicon, Tom. VI; auctor ille parum fidus).*

MDLXXXIX.

Politica. Lugd. Bat., Fr. Raph., 1589, in-4 et in-8.

Saturnalium libb. II, Antv., 1589, in-4.

L. An. Senecæ Tragœdiæ : accessere lectiones variæ e MSS. libris bibliothecæ Palatinæ, aliisque descriptæ, et *Justi Lipsii* animadversiones. *Heidelbergæ*, Hieron. Commelinus, 1589, in-8.

Tacitus (5ª edit.), L. B., 1589, in-fol.

De Amphitheatro, Antv., 1589, in-4.

Leges Regiæ et leges Decemvirales, L. B., 1589, in-8. (*Bucher*, Tom. II).

MDXC.

Politica, *editio quam auctor pro germana et fida agnoscit*, Antv. L. Bat. et Francof., 1590, in-8.

Id. opus, *in nederduyts.* Franeker, 1590, in-8.

Versio Gallica, auctore *D. Ber S. de Malassis. La Rochelle*, 1590, in-8, libri de una religione, sc :

De una religione adversus Dialogistam ad calcem Politicorum, A. et L. B., 1590, in-4.

De Constantia, Antv. et L. B., 1590, in-8 et in-4.

Epistolarum Centuria prima, Francof. Jo. Wechel, 1590, in-8.

Politica van Justus Lipsius dat is aande gegeeringhe van Landen ende Steden, in ses boecken begrepen, overgheset wten latyn in Nederlandsche sprake deur Marten Everart B. Ghedruckt tot Franiker, by Gielis van den Rade, 1590, *in*-12.

MDXCI.

Apologeticus pro Westphalis ad J. L. auctore Jo. Domanno. Helmst., 1591, in-4.

Epistolica institutio, L. B., 1591, in-4 et in-8.

Mellificium duplex, alterum continens J. L. elegantissima similia, alterum gravissimos aphorismos seu sententias, Francof., 1591, in-8.

Animadversiones in Paterculum in Raphelengiana editione 1591, in-8.

De una religione adv. Dialogistam, L. B., 1591, in-4 et in-8.

Id. Francofurti apud Consortes, 1591, in-8.

De Constantia Antv. et Francof., Wechel, 1591, in-8.

Epistolarum Centuriæ II, L. B., 1591, in-8.

Politicorum libri VI, Francof., 1591, in-8.

Saturnalium sermonum libb. II, Antv., 1591, in-4.

Epistolarum Centuria secunda, Francof., apud Consortes, 1591, in-8.

MDXCII.

Politicorum libb. VI, Lugd., 1592, in-8.

Epist. Cent. II; his juncta institutio epist. Lugd. Hug. a Porta, 1592, in-8.

Justi Lipsii epistola ad Philippum Lanoyum, nobilissimum juvenem iter in Italiam cogitantem, scripta Antv. III, non., apr. 1578, in *Itinerario totius orbis* Nic. Reusneri. Basil. Conrad. Waldkirch, 1592, in-8.

Tractatus ad historiam Romanam cognoscendam utiles. Antv. et L. B., 1592, in-8.

J. L. Epistola ad Jac. Monavium, Antv. Moret., 1592, in-4.

Epist. Cent. II, Francof. Wechel, 1592, in-8.

MDXCIII.

Animadversiones in Velleium Paterculum in edit. Lugdunensi Raphelengiana, 1593, in-8, *vid. præf. Ruhnkenii in Velleium et confer Barthii* 81 *epist. Grutero.*

De Cruce. Antv., 1593, in-4.

Defensio processus de non occidendis hæreticis contra III, capita lib. IV politicorum Justi Lipsii; ejusque libri adversus dialogistam confutatio. Auctore Coornhertio. *Han. ad Mænum*, 1593, in-8.

C. J. Cæsar ex recensione Lipsii in editione Raphelengiana, 1593, in-8.

MDXCIV.

De Cruce, Antv. et Lugd. Bat., 1594, in-4.

De conscribendis latine epistolis (epist. institutio). Francof. Pet. Fischer, 1594, in-8.

Les politiques de Juste Lipsius traduittes de latin en français, par Simon Goulart, imprimées par Jean Lepreux, 1594, in-12.

Valerius Maximus cum notis Stephani Pighii et J. Lipsii, L. B., 1594, in-8.

Politica *anglice* versa, ab William Jones. Lond., 1594, in-4.

De Constantia. Norimbergæ, 1598, in-8.

Animadversiones in Velleium in editione Raphelengiana, 1594, in-8.

MDXCV.

De Militia Romana. Antv., 1595, in-4.

De Magistratibus veteris populi Romani, Ingolstadii, 1595, in-16.

Tacitus (6ª edit.), in-12 et in-8, apud Hieron. Commelinum *(præf. ad Tacit. in collectione Eligii Lemaire)*.

De Cruce. Antv., 1595, in-8.

Henrici Stephani de Lipsii latinitate palæstra I. Francof., 1595, in-8.

De Bibliothecis syntagma. Antv., 1595, in-8.

MDXCVI.

De Magistratibus veteris populi Romani. Ingolstadii, 1596, in-16.

Poliorceticon libb. Antv., 1596, in-4.

Antiquarum lectionum libb. V, Lugd. B., 1596, in-8.

De Militia Romana, libb. V, Antv., 1596, in-8.

J. L. opera omnia quæ ad Criticam spectant. L. B., 1596, in-8.

C. V. Paterculus, I. Lipsius recensuit. Apud Commelinum, *sine notis*, 1596 in-24.

MDXCVII.

De Cruce. Antv., 1597, in-8.

Epitome processus de occidendis hæreticis. Goudæ, 1597, in-8.

MDXCVIII.

De Amphitheatro. Antv., 1598, in-4.

De Magnitudine Romana. Antv., 158, in-4.

Item Parisiis. *Struvius* IV, II, 183.

Saturnalium libb. II, Antv., 1598, in-4.

De Militia Romana, Antv., 1598, in-4.

Tacitus (7ª edit.), Antv., 1598, in-8, et L. B., eadem forma.

MDXCIX.

Politica *Germanice;* interprete Melchior. Haganæo, Amberg., 1599, in-4.

Politicorum libb. VI, et advers. Dialog. lib., Antv., 1599, in-4.

Admiranda S. de Magnitudine Romana libb. IV, Antv., 1599, in-4.

De recta pronunciatione L. L., Antv., 1599, in-4 et in-8.

Taciti opera cum commentariis J. Lipsii et præmetiis Guil. Barclaji ex vita Agricolæ; item Josiæ Merceri nott. Paris., 1599, in-8.

De Constantia, Antv., 1599, in-4.

Valerius Maximus cum notis St. Pighii et J. Lipsii, L. B., 1599, in-8.

Poliorceticon libb. Antv., 1599, in-4.

De Cruce, Antv., 1599, in-4.

MDC.

Ristretto della grandezza di Roma al tempo della republica, e degl'imperadori, tratto dal Lipsio ed altri, dell'incrustato academico della Crusca, posto in luce per Gio. Agnolo Rufinelli, in Roma, 1600, in-8.

Tacitus cum Velleio Paterculo. (Postremum auctor recensuit), Antv., 1600, in-fol. et in-4, *vid. Struvium, Tom. IV, P.* 1, *p.* 348.

Flores totius philosophiæ. Magdeburgi, 1600, in-8.

Dissertatiuncula apud Principes. Item C. Plinii Panegyricus liber Trajano dictus. Antv., Plant., 1600, in-4.

De Duplici Concordia oratio, non prius edita, Lugd. Bat., 1600, in-4.

De Militia Romana. Antv., 1600, in-4.

Della grandezza di Roma e del suo imperio libb. IV, tradotti dal latino di Giusto Lipsio da Filippo Pigaffetta, con tre discorsi, etc., in Roma, 1600, in-8.

Opera omnia quæ ad Criticam spectant, 1600, in-4.

MDCI.

Epistolica institutio, Antv., 1601, in-8.

Epistolarum selectarum tres Centuriæ e quibus tertia nunc primum in lucem emissa, Antv. Jo. Moretus, 1601, in-4 et in-8.

Oratio in funere Joh. Gulielmi, Ducis Saxoniæ, 1601, in-4. (*Cat. de la Bibl. du Roi de Fr. B. L. X. n.* 2858).

Leges Regiæ et Decemvirales, Antv., 1601, in-4 et in-8.

Monita et exempla politica, Lugd. Bat., 1601, in-12.

Epistolæ selectæ, Parisiis, 1601, in-12.

Admiranda sive de Magnit. Rom. Antv., 1601, in-4. (*Buch.* T. II).

Opera omnia quæ ad Criticam spectant, Antv., 1601, in-4. (*Buch.* T. II).

MDCII.

Epistola de Distinctionibus ad seriem E. Puteani. Han., 1602, in-8, *vid. P. II, C. XI.* § LXXII.

De Bibliothecis syntagma, Antv., 1602, in-4.

De Militia Romana, Antv., 1602, in-4.

De Constantia, Lugd. Bat., 1602, in-24, et Antv., in-8. *(Bodlej.)*.

Animadversiones in Velleium Paterculum in editione Francofurti, 1602, in-12.

Collatio notarum Justi Lipsii in Cornelium Tacitum cum MS codice Mirandulano, auctore Pompeio Lampugnano. Bergomi, 1602, in-8.

Dispunctio notarum Mirandulani codicis ad Corn. Tacitum, Antv., 1602, in-4.

Epistolarum selectarum Centuriæ V, Antv., et Parisiis, 1602, in-8.

Politica, Antv., 1602, in-4.

Oratio de obitu Ducis Saxoniæ. Halæ Saxonum, 1602, in-4.

MDCIII.

De Vesta et Vestalibus syntagma, Antv., 1603, in-4. *Item* in Antiq. Romanis Grævii, Tom. V, p. 619, ed. Venetæ.

Eucharisticon Cl. et incomparabili viro Justo Lipsio (a J. Woverio), Antv., 1603, in-4. (*Ath. Belg., p.* 484).

MDCIV.

Manuale epistolicum (instit. epistolica) Lipsiæ, Heinich, 1604, in-12. (*Bucher*, T. II).

Saturnalium sermonum libb. II, Antv., 1604, in-4.

De Amphitheatro, ib., 1604, in-4.

Epistolarum selectarum ad Italos et Hispanos Centuria, Antv., 1604, in-4.

Dissertatiuncula apud Principes, etc. Antv., 1604, in-4.

Manuductio ad Stoïcam philosophiam, Antv., 1604, in-4, item Parisiis, in-4.

Physiologiæ Stoïcorum libb. III, Antv., 1604, in-4.

Diva Virgo Hallensis, Antv., 1604, in-8.

Commentarius in Catullum, Tibullum et Propertium, Parisiis, 1604, in-8.

Enchiridion Ciceronianum continens elegantiarum latini sermonis præceptiones; M. Georgii Vogelmanni, *Justi Lipsii* et Joan. Voellii de Conscribendis epistolis præcepta. Magdeburgi, Seydnerus, 1604, in-8.

Los seys libros de las Politicas o doctrina civil de Justo Lipsio, etc.; traduzidos de lengua Latina en Castellana, por don Bernardino de Mendoça. Dirigido a la nobleza Epanóla. en Madrid, en la imprenta Real., 1604, in-4.

MDCV.

Lovanium, Antv., 1605, in-4.

Poliorceticon lib. V, Antv., 1605, in-4 et in-8. (*Niceron*, T. XXIV, p. 128).

Diva Virgo Hallensis, Antv., 1605, in-4 et in-8.

Epist. selectarum Cent. III, Antv., 1605, in-4.

Monita et exempla politica, Antv., 1605, in 4. (*Item Lovanii si Buchero credimus*, T. II).

Epist. sel. ad Germanos et Gallos Centuria, Antv., 1605,

Epistolica institutio, ib., 1605, in-4.

De Constantia, Antv., 1605, in-4.

Diva Virgo Sichemensis, Antv., 1605, in-4 et in-8.

Lucii An. Senecæ philosophi opera, Antv., 1605, in-4 et in-fol.

J. Lipsii admiranda sive de Magn. Rom., Antv., 1605, in-4.

Epistolæ selectæ ad Belgas., Antv., 1605, in-4.

De Idolo Hallensi disputatio, Antv., 1605, in-12.

MDCVI.

De Amphitheatro, Antv., 1606, in-4. (*Buch.* T. II).

De Cruce, Antv., 1606, in-4 et in-8.

Diva Virgo Sichemensis, Antv., 1609, in-4.

Monita et exempla politica, Antv., 1606, in-4.

L. Annæi Flori rerum Romanarum libb. IV, cum notis Eliæ Vineti, Jo. Camertis, *Justi Lipsii* et Jani Gruteri, etc. S. Gervasii, 1606, in-8.

Les Politiques trad. en françois, Paris, 1606, in-12.

J. Lipsii epitaphium, manes, symbolum et alia quædam, *ex officina Pyragmonis subterranea,* 1606, in-4.

Eucharisticon Justo Lipsio (auct. I. Woverio), *vid. an.* 1603.

Monita et exempla politica *gallice expressa a Nicol. Pavillon, Paris.*, 1606, in-8.

Mellificium seu syntagma deliciarum, Francof., Aubry, 1606, in-8. (*Bucher,* T. II).

Vindex Veritatis adversus Justum Lipsium libri duo, etc.; auctore Georgio Thomsono, Londini, ex officina Nortoniana 1506, in-12. *Hæc ad lectorem auctor :* « Nihil unquam mihi minus in mentem venit (lector benevole) quam contra Lipsium quicquam (præter epigramma in ejus Crucem) scribere, prius quam librum ejus de Sichemensi Idolo vidissem. Sed nec tunc statim fuit consilium adversus illum aliquid elucubrare : sed blasphemias et manifesta mendacia enotare, etc. » *Deinde ad Lipsium* : « Jamdiu magnam orbis christiani partem saccaria tua ludificasti, Lipsi, jamdiu variorum scriptorum abusus ingeniis, hinc inde compilatas lacinias, obtorto, ut aiunt, collo, et aversis plerumque vestigiis in tuam traxisti sententiam, etc..... Quis invidit? Inanem illum *Epistolarum* tuarum follem, atque tumidam adeo vesicam nemo pupugit. *Crucem,* quam tribus libris, magna gabalorum, furcarum, paxillorum, et infelicium arborum accessione suffulsisti, non nos violentis manibus deripuimus, sed tutemet in extrema ad eos libros nota, levi vento in maximam egisti malam Crucem. *Electa* tua non tam

alii quam tu ipse alicubi culpas, etc. » *Cætera cum his congruunt.*

MDCVII.

Notæ in Senecam in editione Parisina, an. 1607, in-fol.

Juvenalis Periphrases prope enigmaticæ a St. Claverio enodatæ, quibus adjuncta est Jos. Scaligeri ac *Justi Lipsii* et aliorum in quendam locum diversa explicatio. Parisiis, Rob. Fouet, 1607, in-8.

Animadversiones in L. An. Senecæ Tragoedias, Antv., 1607, in-16.

Tacitus cum V. Paterculo, *vid. P. II*, § CXXXV.

Fama Posthuma, Antv., Pl., 1607, in-4.

Epicedia in J. Lipsii obitum, Lugd. Bat., 1607, in-4.

Palæstrita honoris D. Hallensis pro Justo Lipsio, contra dissertationem mentitii Idoli Hallensis (auct. Anast. Cocheletio), Antv., 1607, in-4.

De Bibliothecis, Antv., 1607, in-4. (*Buch.* T. II).

De Magistratibus vet. Pop. Rom. Ambergæ, 1607, in-12.

Epistolarum selectarum Centuriæ, Antv., 1607, in-4.

Orationes IIX. Darmst., 1607, in-8.

De Veteri scriptura Latinorum Ambergæ, 1607, in-12.

Assertio Lipsiani Donarii, Antv., 1607, in-4.

J. L. Principatus Literarius, Antv., 1607, in-4.

Lipsiomnema, Antv., 1607; in-4.

MDCVIII.

J. Cæs. Scaligeri oratio pro Cicerone, contra Ciceronianum Erasmi cum notis M. Adami Siles. Accessit *Justi Lipsii* oratio pro defendendo Cicerone, et vita Jul. Cæs. Scaligeri. Heidelbergæ. Jo. Lancelottus, 1608, in-8.

Animadversiones in Velleïum, in editione Parisina, 1608, in-fol.

Orationes octo Jenæ potissimum habitæ; adjectæ sunt orationes aliquot ad Imp. et Reges a doctissimis viris habitæ. Francof. Joan. Spiessius, 1608, in-8.

Libellus oppido rarus, ait *Vogt* Cat. libr. rarior. Hamb., 1738, p. 357.

De Magistratibus vet. P. R. et de veteri scriptura Rom., Amberg., 1608, in-12.

De Amphitheatro, Antv., 1608, in-4.

Notæ in Pervigilium Veneris ex Elector. l. I. c. V. ac C. V. Catulli, A. Tibulli, S. A. Propertii opera omnia quæ exstant cum variorum commentariis. Lutetiæ apud Marcum Orry, 1608, in-fol.

Epistola de Induciis, Lugd., 1608, in-4. *(Musæum Britann. T. II.* voce *Lipsius, sed in-8, in Bibl. MS. Script. Antv.)*

MDCIX.

Tractatus peculiares ad cognoscendam historiam Rom. Francof., 1609, in-12. (*Buch.* T. VIII).

De Vesta et Vestalibus syntagma, Antv., 1609, in-4.

Jani Douzæ à Noortwick poemata pleraque selecta : Petr. Scriverius edidit; accedunt Jos. Scaligeri *Justi Lipsii* aliorumque ad Douzam Carmina, Lugd. Bat., Tho. Basson, 1609, in-8.

Les Politiques ou doctrine civile de Juste Lipse, où est principalement discouru de ce qui appartient à la principauté. Védit. Paris, David Leclerc, 1609. (*De Real.* T. VIII, p. 541 et sv.).

De Recta pronunciatione L. Lat., Antv., 1609, in-4.

Epistola deliberativa an Bellum, Pax, vel Induciæ Hispano in Belgio præstent? Francof., 1609, in-8.

Vita et operum catalogus per Aub. Miræum, Antv., 1609, in-4.

Musæ errantes, Antv., typ. Keerbergii, 1609, in-4.

Epistolæ selectæ. Avenon., 1609, in-8. (*Buch.* T. II).

MDCX.

Monita et exempla politica, Antv., 1610, in-4.
Physiologiæ Stoïcorum libb. III, Antv., 1610, in-4.
Manuductionis ad Stoïcam phil. libb. III, Antv., 1610, in-4.
Scutum Duplex. *Vid. P. II,* § CVIII.
Musæ errantes, Antv., 1610, in-4.
Commentarius in Suetonium, Paris., 1610, in-8.
Notæ ad tres posteriores libros Suetonii Cæsarum. Offenbaci, 1610, in-8.
Epp. prætermissarum Decades VI, Offenbaci, 1610, in-8.

Pet. Burmanus in præf. ad Syll. an. 1727, jam hæc adseverabat: « Rarissime libellus ille hodie conspicitur et a studiosis librariæ supellectilis grandi pretio parari solet. »

MDCXI.

Centt. IV et V miscell., Antv., 1611, in-4.
Opera quæ ad Criticam proprie spectant, Antv., 1611, in-4.
Epistolæ selectæ, Parisiis, 1611, in-8.

MDCXIII.

De Constantia, Antv., 1613, in-24.
Les Politiques, Genève, 1613, in-12. (*Buch.* T. V).
Epist. ad Italos et Hisp., Antv., 1613. (*Buch.* T. II).
Monita et exempla politica, Antv., 1613. (*Id.* T. II).

Ex § LXXXIV patet opera Lipsii hoc anno Lugduni prodiisse; formam numerumque tomorum nescimus.

MDCXIV.

Epist. select. miscell., Antv., 1614, in-4.
Flores Lipsiani. Col. 1614, in-12.
De Militia Romana, Antv., 1614, in-4. (*Buch.* T. II).
Paterculus cum adnott. Lipsii. Monachii, in-12.

MDCXV.

Flores ex J. L. operibus excerpti, Jenæ, 1615, in-12. (*Buch.* T. II).

L. A. Senecæ Philosophi opera, Antv., 1615, in-fol.

Oratio in Calumniam cum commentariolo Theophili Cangiseri, Lond., 1613, in-4.

De constantia, Antv., 1615, in-4.

J. L. Politicorum sive civilis doctrinæ libri sex. Ex officina Plantiniana, 1615, in-32.

MDCXVI.

Epistolarum selectarum Chilias et poemata selecta. Colon. All., 1616, in-8. (*Buch.* II).

Epistolæ selectæ Lugd., 1616, in-8.

J. L. Flores, Antv., 1616, in-12. (*Index Francof.*).

MDCXVII.

De Induciis, Lugd., 1617, in-4. (*Musæum Brit.* et *Bibl., Bodlej.*).

De Magnitidine Rom. Antv., 1617, in-4. (*Buch.* T. II).

MDCXVIII.

Della politica, overo del governo di stato libri sei di Giusto Lipsio, tradotti dal latino con annot. d'Hercoli Cati. in Venetia. Angel. Righettini, 1618, in-4.

Satyra Menippæa, Lugd. Bat., 1618, in-12.

Epist. select. Chilias et poemata selecta, Francof. Wechel., 1618, in-8. (*Buch.* T. II).

MDCXIX.

Notæ in Martialem in edit. Lugd. Bat. Joan. Maire, 1619, in-16 aut in-12. *Bibl. Bodlej. in*-8 *indicat; Ernestus vero in*-12. *Bib. lat., p.* 384, *T. II.*

Tacitus. Aur. Allobr., 1619, in-8. Item. Lugd. Bat.

MDCXX.

Satyra Menippæa, Lugd. Bat., 1620, in-8.

Quattuor Clarr. Virr. Satyræ IV; Rigaltii Funus Parasiticum; *Justi Lipsii* Sat. Menipp.; Petri Cunæi Sardi Venales; Jul. Imperatoris Cæsares. Lugd. Bat. ex officina Marciana, 1620, in-12.

De Magnitudine Romana *Theotice.* Argent., 1620, in-8. *(Struvius T.* IV, *P.* II, *p.* 183*)*.

De Bibliothecis syntagma. Helmstad., 1620, in-8.

Flores ex J. L. operibus quibus accessere testimonia, Symbola, inscriptiones epitaphia. Antv., typis Belleri et Colon. Bernard. Gualteri, 1620, in-12.

Libellus dicatur Francisco Kinschotio Icto et supremo Belgicæ thesaurario. Sub nomine *Florum*, in varios titulos quales *adversitas*, *crux*, *clades*, etc. varii e Lipsianis operibus loci digeruntur. Tunc leguntur *Testimonia aliquot selectiora et symbola quibus Vir Cl. Justus Lipsius suam de contubernalibus et auditoribus nonnullis sententiam adseruit;* ibique nomina recensentur Erycii Puteani, Thomæ Segeti, gente et domo scoti, Guilelmi Athenii, belgæ, Joannis Woverii, Antonii Richardoti præside nati, Francisci Orani, Joannis Hemelarii, Philippi Rubenii qui annos P. M. quattuor in domo et contubernio Lipsii egit, mensæ particeps, sermonis et disciplinæ; Nicolai Hacquevillii, Joannis Bap. Baronii, Hadriani Saissevallii, Godefridi Hertelii, gente germani, Gau-

gerici Rivii, Joan. Vergerii Aurani, Guil. Rysselinci ac Guilelmi Malinæi; symbola prætermitto. In inscriptionibus Lipsiani horti lex recuditur, additis his Jani Dousæ F. ad hortum versibus :

Felix hortule ter quaterque felix;
Qui, seu ver Borea fugato apricam
Inducis Zephyri tepentis auram,
Seu sol igniferum premens Leonem
Exustos graviter hiulcat agros,
Præbes *Lipsiadæ* suos recessus:
Musæos et amabiles recessus.
Quo te carmine, quo canemus ore?
Non mendacia vana te vocabunt
Ad cœlum Hellados ulla fabulosæ:
Non afri auriferum nemus draconis,
Non pomaria Tantali; atque mille
Florum in aere penduli colores:
Sed cultores honos decusque clari.
Dis magnis quoque reddet invidendum
Quum præ vallibus ipsa te beatis
Conjux assidue colet Favoni.

Et vos Alcinoo beata tali
O florentia gramina atque plantæ
Debentes pluvio nihil tonanti;
Nam sufflamine vos sui Favoni
Fovet *Lipsius* musicique
Semper nectaris irrigat lepore.
Quo vos carmine, quo canemus ore?
Non mendacia vana vos vocabunt
Ad cœlum Hellados ulla fabulosæ:
Non planta Idaliæ cruenta Divæ,
Excussusque truci puer novercæ,
Et respersa sacro liquore terra;
Non gleba OEmalio madens cruore,
Non, Narcisse, tuo rigata fletu.
Sed cultoris honos decusque clari
Dis magnis quoque reddet invidendos,
Quum pro nectare cœlitum beato
Vestro Jupiter imbuet se odore.

Felix hortule, gramina o beata!
Propter vos, Heliconios Apollo
Fontes linquit et antra sæpe Pindi;
Nec absque invidiæ tacente morsu
Hortum *Lipsiadæ* videt beatum
Præ suis celebrarier viretis.

Canes et in epitaphiis iterum celebrantur. Claudit libellum J. Lipsii vita in compendium redacta ex elogio R. D. Auberti Miræi can. antuerp.

MDCXXI.

Notæ in Senecæ tragœdias, in edit. Scriverii. Lugd. Bat., 1621, in-8, 2 voll.

Musæ errantes, cum aliquot epistolis. Hardervici, 1621, in-8.

J. Lipsii epistolarum quæ in centuriis non exstant Decades XVIII; accedunt poematia ejusdem. Hardervici, vidua Tho. Henrici, 1621, in-8.

De Constantia. Witteb., 1621, in-12.

Monita et exempla politica. Antv., 1625, in-4.

Tacitus. L. Bat., 1621, in-12.

MDCXXII.

Dissertatiuncula apud Principes, item C. Plinii Paneg. Antv., 1622, in-4.

MDCXXIII.

J. L. Politicorum sive civilis doctrinæ libri sex. Antuerp. ex off. Plant., 1623, in-4.

MDCXXV.

Monita et exempla politica, Antv., 1625, in-8 et in-4.

Poliorceticon libb. Antv., 1625, in-4.

Tractatus peculiares ad cognoscendam hist. Rom. Francof., 1625, in-12. (*Buch.* T. VIII).

MDCXXVI.

Epitome processus de occidendis hæreticis. Goudæ, 1626, in-8.

Epist. select. Chilias et poemata selecta. Francof. Wechel., 1626, in-8. (*Buch.* T. II).

MDCXXVII.

Musæ errantes Francof., 1627, in-8, *item in* 3 vol. Poet. Belg., p. 302.

Tacitus, Antv., in-fol.

Exemplar notatur in Bib. Lugd. Bat., p. 241, n. 105, Hist. cum locis parallelis adscriptis a Dionysio Vossio.

De Bibliothecis Syntagma, 1627, in-8. *Catal. Dom. Verdussen*, p. 356.

MDCXXVIII.

De Constantia, Antv., 1628, in-4. (*Buch.* T. II).

MDCXXIX.

De Cruce, Antv., 1629. (*Buch.* T. II).

De Magistr. vet. P. R. *apud Scriverium.* Elzev. in-32. *Respublica Romana*, pp. 241—306.

MDCXXX.

Admiranda sive de Magn. Rom. Antv., 1630, in-4. (*Buch.* T. II).

De Militia Romana. Antv., 1630, in-4. (*Id.*).

Monita et exempla politica. Lugd. Bat., 1630, in-12. (*Id. ib.*).

MDCXXXI.

Epistola de peregrinatione Italica. Lugd. Bat., 1631, in-12.

MDCXXXII.

L. A. Senecæ philosophi opera. Antv., 1632, in-fol. *Cat. Bib. Lugd. B., indicat unum exemplar a Vossio revisum, p.* 154, *n.* 11. *Litt.*

MDCXXXIII.

Epistola de Induciis in dissertationibus super ind. belli Belg. cum notis. Lugd. Bat. Elzev., 1633, in-16. *Musæum Brit. indicat* in-12.

De Constantia. Amst., 1633, in-12.

MDCXXXIV.

Politicorum Libb. VI. Lugd. Bat. 1634, in-12.

Taciti opera ex recensione Justi Lipsii. Lugd. Bat., 1634, 2 vol. in-12.

Epistola de induciis, etc. Lugd. Bat., Elzev., 1634, in-16.

MDCXXXV.

Flores ex J. L. operibus descripti, Jenæ, 1635, in-12.

MDCXXXVII.

Senecæ phil. opera Antv., 1637, in-fol.

Opera omnia aucta et illustrata, Antv., 1637, 4 vol. in-fol. *In duobus tomis in Biblioth. Franeker. cat. ann.* 1713, *p.* 230 *et Catal. Pauw,* 224, b.

Taciti et Velleii opera, Antv., 1637, in-fol.

De Magistratibus veteris Populi Romani. Helmstadii, 1637, in-8.

MDCXXXVIII.

In Corn. Tacitum observationes cum præfatione H. Conringii, *male notatus in catalogis liber.*

Laus Elephantis *ad paginam 417 collectionis:* Argumentorum ludicrorum et amœnitatum scriptores varii. Lugd. Bat., 1638, in-8.

Pervigilium Veneris ex recensione Lipsii lib. I, c. V, Elect. cum ejus notis, tum auctius ex MS Claudii Salmasii exhibetur a Petro Scriverio, etc. Lugd. Bat., 1638, in-8.

MDCXXXIX.

Lucii Annæi Senecæ philos. opera omnia; ex ultima J. Lipsii emendatione; nec non M. Annæi Senecæ Rhetores quæ exstant: Ex recensione Andreæ Schotti. Lugd. Bat., Elzev., 1640, 3 voll. in-12.

Optima editio : frons primi voluminis in ære insculpta est, cum an. 1640 nota; sed excusi aliorum voluminum tituli an. 1639 referunt, unde intelligitur hanc editionem potius 1639 quam 1640, impressam. (*De Bure*, n. 187).

Dominici Baudii Amores : accedunt. . . . . Epithalamium Fescenninum auctore *Justo Lipsio;* anonymi Pervigilium Veneris, ex recensione *J. Lipsii*, etc. Amstel. Lud. Elz., 1638, in-12.

Epistolæ selectæ. Genevæ, 1639, in-8. (*Bucher.* T. II).

MDCXL.

De Cruce libri III, cum notis Georgii Calixtii. Brunsvic., Muller, 1640, in-8.

Valerius Maximus cum Lipsii notis nitide et emendate editus. Lugd. Bat., 1640, in-12.

Taciti opera, ex Justi Lipsii editione, cum notis et emendationibus *Hugonis Grotii.* Lugd. Bat., Elzev., 1640, 2 voll. min. in-12.

MDCXLIII.

XIV Panegyrici Veteres, etc.; emendati, aucti, antea quidem ope Jo. Mar. Catanæi, Fr. Balduini, Herm. Rayani, Jos. Livineii, *Justi Lipsii;* nunc vero opera Jani Gruteri, etc. Parisiis, 1643, in-12.

MDCXLIV.

J. L. Philosophia et Physiologia Stoïca. Lugd. Bat., 1644, in-12.

MDCXLV.

Roma illustrata, sive antiquitatum compendium, Lugd. Bat., 1645, in-12.

MDCXLVIII.

Tacitus. Antv., 1648, in-fol.

De Re Numaria breviarium (edente Joanne Rhodio). Patav., 1648, in-8.

MDCXLIX.

J. Lipsii ad Theod. Leewium epistolæ primum editæ. Lugd. Bat. Wilhel. Christ. Boxius, 1649, in-12.

MDCL.

Politica. Lugd. Bat., 1650, in-12.

Martialis Epigrammata ex recensione Scriverii cum Notis *Lipsii* et aliorum. Lugd. Bat., 1650, in-12.

Choix des Épitres de J. Lipse, trad. par Antoine Brun. Lyon, 1650, in-12.

MDCLII.

L. A. Senecæ phil. opera. Antv., 1652, in-fol.

Plinii Panegyricus et ad eum J. Lipsii commentarius. Trajecti ad Rhenum, 1652, in-12.

De Constantia. Amst., Elz., 1652, in-24. (*Buch.* T. II).

De Constantia libb. *anglice versi a R. G.* Lond., 1654, in-8.

De Magistratibus veteris Populi Romani. Helmst., 1654, in-8. (*Buch.* T. VII).

MDCLV.

Epistolica institutio cum notis Christophori Heidmanni. Helmstadii, 1655, in-8.

MDCLVI.

Florus cum notis Eliæ Vineti, Jo. Camertis, *Justi Lipsii* et Jani Gruteri *in editione Lugdunensi ab Ernesto memorata*, *Bib. Lat.* T. II, p. 444.

MDCLVII.

Antiquitatum Romanarum breviarium Amstel., 1657, in-8.

MDCLVIII.

Politicorum libb. VI, cum notis Math. *Berneggeri*, Argentor., 1658, in-12.

MDCLX.

Valerius Maximus cum Lipsii notis. Amst., 1660, in-12. (*Ernestus.* T. II, p. 60).

J. L. Orthographia ed. Im. Dilherr. Norinb., 1660, in-12. (*Bucher.* T. II).

MDCLXIII.

De Constantia. Oxonii, 1663, in-8.

MDCLXVI.

Politicorum libri IV, cum notis Lud. Praschii. Norinberg. 1666, in-12.

De Bibliothecis syntagma *in collect*: Syntagma Libellorum et commentariorum de Bibliothecis atque Archivis a Joan. J. Madero, 1666, in-4.

MDCLXVII.

Tacitus. Antv., 1667.

Monita et exempla politica, Jenæ, Bielcke, 1667, in-8. (*Buch.* T. II).

MDCLXVIII.

J. Lipsii quattuor de Westphalia Epistolarum aliqualis excusatio *in* Opusculis variis de Westphalia. Helmstadii, 1668, in-4.

Politica. Amstel., 1668, in-12.

MDCLXIX.

Monita et exempla politica. Amstel. Baom., 1669, in-24. (*Buch.* T. II).

MDCLXX.

De Cruce. Amstel., 1670, in-12.

De Constantia libb. anglice per *N. Wanley*, Lond., 1670, in-8.

MDCLXXI.

Plinii (C. S.) Paneg. cum notis J. Lipsii et Tanaquilli Fabri. Salmurii, 1671, in-12.

Fax Historiarum. Massiliæ, 1671, in-8. (*Buch.* T. II).

Institutio epistolica cum notis Heidmanni. Altenb. Richter, 1671, in-8. (*Buch.* T. II).

Monita et exempla politica. Vesaliæ, 1671, in-24. (*Id.*)

MDCLXXII.

L. A. Senecæ Philosophi opera omnia nec non M. A. Senecæ Rhetoris, quæ exstant; cum notis integris J. Lipsii, et Joan.

Fred. Gronovii, nec non selectis variorum commentariis. Amstel., Elzev., 1672, 3 voll. in-8.

Leges Hortenses. Ultraject., 1672, in-8.

MDCLXXIII.

Commentarius in Tacitum in editione J. F. Gronovii. Amstel., 1673, 2 vol. in-8.

MDCLXXIV.

Justi Lipsii Politicorum sive Civilis Doctrinæ libri sex qui ad principatum maxime spectant ex instituto Matthiæ Berneggeri cum indice accurato; præmissa dissertatione Joh. Heinr. Boecleri de Politicis Lipsianis. Francofurti et Lipsiæ, sumptibus Joh. Henr. Ellingeri, 1674, in-12.

Paginis istis infunduntur notæ ex libro adversus Dialogistam.

MDCLXXV.

Justi Lipsi V. C. opera omnia nunc primum aliorum ejusdem auctoris tractatuum hactenus desideratorum adjectione locupletata, Vesaliæ, typis Andreæ ab Hoogenhuysen, 1675, 4 vol. in-8. *Niceroni*, T. XXIV, p. 136, dicta est auctior hæc editio; v. etiam *Brunet*, T. II, p. 353. *F. A. Ebert, Allgemeines bibliog. Lex.* (Leipzig, 1821, in-4). T. I, fol. 993, n. 12050. Quamobrem, quamvis non ita rara sit, ejus notitiam subtexere lubet.

Tomo primo continentur I. *Friderico* Marchioni Brandenburgico, Electoratus hæredi, *Andreæ ab Hoogenhuysen* dedicatio, in qua leguntur sequentia: « *Lipsius*, qui tuæ Celsitudini consecratur, tanto principe dignus est scriptor, ex quo, ceu locupletissimo Sapientiæ promo condo, abunde hauries imperantium ordini pernecessarias, pacis bellique artes. Non hic commemoro *Criticum* illius *opus*, non *Epistolarum* volumen, quo varia de variis ad varios perscripsit: sed rei civilis ac militaris scripta in partes

voco. Sic enim universis, sic singulis, cujuscunque demum ordinis, voce ac stilo prodesse semper studuit, ut non unius reipublicæ, sed totius humani generis curam gessisse videatur. Quid enim tessellato *Politicorum* opere elaboratius? quid *Monitis* divinius? Ut phrygio e varii coloris filamentis contexit aulæum : sic *Lipsius* e millenis veterum doctorum sententiis, politissimum illud *Politicorum* corpus concinnavit. Nam ut in *Constantia* civem ad patiendi parendique morem excitat, in *Amphitheatro* ludorum spectaculis reficit : et in *Philosophia Stoïca* ad veterum sapientum placita manudicit: sic *Civilis Doctrinæ* præceptionibus, ut sceptro reddatur habilis, informat principem. Quam vero luculentam rei militari præfert *Facem Historicam!* nam in *Commentariis ad Polybium*, quicquid ad militiæ ordinem, arma, legesque spectat, aperit. In *Poliorceticis* machinas, tormenta, tela veterum exhibet. *Admiranda* etiam imperiorum in ordinem digesturus, Romæ urbis, a qua velut orbis capite et Imperiorum arce feliciter orsus est, magnitudinem ob oculos ponit. Quicquid igitur eruditionis antiquæ, quicquid novæ apud varios late dispersum, id omne in unum *Lipsii* pectus, velut in centrum suum confluxit : adeo ut non tantum divinæ humanæque sapientiæ antistites, sed etiam summæ potentiæ principes summo honore et favore, prosecuti sint *Lipsium*, literarum sæculi sui lumen ac columen. De quo vel Serenissimæ Heroinæ, *Isabellæ Claræ Eugeniæ*, Hispaniarum infantis, Belgii principis, judicium literis proditum : *sese amare æstimareque* Lipsium, *et ut aurum inclusa gemma, ita Belgicam illo viro illustrari*, dicentis. Tanti igitur nominis doctorem, qui ubique dulci miscet utile, Serenissime Princeps, avida mente leges, atque ita leges, ut memineris, esse sine palpo, sine dolo monitorem, rebus et toga et sago gerendis utilem, etc. »

II. *Typographus ad lectorem :*

« Priusquam in præsentis operis adytum te introduco, Benevole lector, antepagmentum quoddam adfigere convenit, hac quid editione sit præstitum, paucis expositurus. Anno hujus sæculi tricesimo septimo, omnia *Justi Lipsii*, viri clarissimi, opera, in certos digesta tomos, eleganti admodum charactere, Antuerpiæ, celebri Brabantiæ urbe, in lucem edidit, eximium artis nostræ decus, Balthasar Moretus, forma majore, ut loquuntur, in-fol. Sed et sparsim ante excuderat Joannes Moretus alia forma in-quarto, superstite etiamnum auctore, qui copiam typis exscribendi concesserat. Dis-

tractis autem late per orbem Europæum exemplaribus, quæ mole sua in immensum excreverant pretium, unde et emptorem, nisi pecuniosiorem, invitabant neminem; cum magnæ auctoritatis, operam conferentibus suam viris, agitare coepi consilium, ut nova forma, quæ nec mole sua oneraret, nec pretio absterreret emptorem, prodiret omnis literaturæ et antiquitatis parens, *Lipsius*. Collatis itaque in commune symbolis, tandem bono cum Deo, ex officina nostra in vulgus exit ea, quam vides, facie; locuplete insuper augmento peculiarium tractatuum, quibus priores editiones destituebantur, ut conferenti facile patebit. Septem autem habentur numero ab eodem conscripti *Lipsio*, diversisque vicibus ac locis olim editi, at nunc demum tertio inserti tomo : quorum hic adtexo seriem : I. *De Magistratibus veteris populi Romani;* II. *De vetere Latinorum scriptura.* III. *De pecunia veterum Romanorum;* IV. *De nominibus veterum Romanorum;* V. *De ritu conviviorum apud Romanos.* VI *De censura et censu;* VII. *De anno, ejusdem ratione et intercalatione.* Quare, quin visa et accessione novæ materiæ, et novitate formæ, editio nostra in sui amorem pellectura tuum sit animum, nullus dubito. Nam quum antehac non nisi in magnatum, aut doctorum bibliothecis conspiceretur Magnus *Lipsius*, jam quoque Studiosorum Academicorum circumferri terique manibus, ac denuo recondi gestit forulis. Itaque pretio facilem, dextra portatilem chartaque nitidum, quisquis es, sive ex doctorum senatu, sive ex condidatorum corona, haud invitus in tuam bibliothecam adleges. Porro *Lipsium*, cujus ingenio meus succumbit calamus, ecquis delineabit, præter *Lipsium?* Nec meum in illo exprimendo laborem amplius prædico. Notum quippe omnibus adagium : *vino vendibili suspensa hedera nihil opus :* et altera, cuncto probata mercurialium foro, Plautina circumfertur sententia : *invendibili merci oportet ultro emptorem adducere : proba merx facile emptorem reperit.* Tuo igitur suffragio, Lector, uti confido, meus, novo habitu in publicum emissus, stabit *Lipsius*, quem si presso pollice exceperis, mihi demum meisque invigilatis noctibus gratulabor. Quod superest, bene valere te, nostroque labore æviternum frui, jubeo. »

III. *Ordo et index operum Justi Lipsi.*

Idem est ac in Plantiniana, præter supradictam adjectionem tomi tertii. Singulis autem tomis sua est tabula materiarum, dum Plantinianæ generali indice, ad quarti calcem voluminis, concluduntur. Tomus etiam primus in aditu exponit, ante *Famam Posthumam, De recta pronunciatione linguæ latinæ dialogum.*

Tractatus peculiares supra recensiti, in tertio volumine, pp. 1427—1492 implent, vixque singuli paginam unam, excepto tamen *de Magistratibus P. R.* libello qui in XIX capita abit.

C. Plinii Paneg. liber cum adnotationibus antehac ineditis Dominici Baudii : iis accedunt, commentarius *Justi Lipsii*, etc. Lugd. B. ex officina Hackiana, 1675, in-8.

MDCLXXVIII.

Epistol. select. Decades III ; cura C. Papenii. Brunsv., 1678.

MDCLXXX.

De Constantia. Jenæ, 1680., in-12. (*Buch.* T. II).

MDCLXXXII.

Monita et exempla politica. Francof. Hermid., 1682, in-12. (*Id.*)

MDCLXXXV.

Commentarius in Tacitum, in editione Gronoviana. Amst., ex typ. Blaeuw., 1685, 2 vol. in-8.

MDCLXXXVIII.

Diva Virgo Hallensis. (*Anglice*). London, 1688, in-4. (*Musæum Brit.*).

MDCLXXXIX.

C. Plinii C. S. Paneg. ad emendatissimos codices recensitus et commentario *ad ductum Lipsii* sufficiente illustratus, a Ge. Casp. Kirchmaiero, editio altera locupletior. Wittembergæ, 1689, in-8.

MDCXCVIII.

Roma illustrata sive antiquitatum compendium. Londini, 1698, in-8.

MDCC.

Politicorum libb. VI cum notis C. A. de Lenz., 1700. *Non notat libri formam Nicer.* T. XXIV, p. 125.

Plinii Panegyr. cum notis Lipsii et Christ. Behrii. Gedani, 1700, in-4.

MDCCII.

Jac. *Hugues* de artificio transitionum opusculum : cui annexa est institutio epistolica *J. Lipsii.* Francof. ad Viadrum, Hæredes Jerem. Scherey., 1702, in-12.

De Bibliothecis syntagma, in Joh. Joach. Maderi de Bibl. et Archivis viror. celeb. libellis et commentariis. Helmstadii, 1702, in-4.

MDCCV.

J. Lipsii quatuor epistolæ in omnibus fere editionibus obmissæ, nunc denuo recusæ; accedunt Nic. *Clenardi* super hospitiis et moribus Hispanorum epistolæ. Roterodami, Is. Van Ruynen, 1705, in-8.

MDCCXII.

Pervigilium Veneris, ex editione Petri Pithoæi, cum ejus et *Justi Lipsii* notis, etc. Hagæ Comitum, Henr. Scheurleer, 1712, in-8.

MDCCXIII.

Henrici Knippengii Antiq. Rom. libb. IV, quibus accessere *Justi Lipsii* opuscula rariora inedita. Lugd. Bat., 1713, in-8° (*De Bure* n. 5763).

MDCCXIV.

Animadversiones in Vell. Paterculum, in editione Parisina, 1714, in-12.

MDCCXV.

Epistolica institutio, cura J. N. Manzii. Biponti, 1715, in-12, (*Buch.* T. II).

MDCCXVI.

Manuale epistolicum et præcept. de ratione conscrib. epist. Francof. Hagen., 1716, in-12. (*Buch.* T. II).

MDCCXIX.

Idem liber. Francof., 1719, in-12. (*Buch. id.*)

Notæ in Velleium in editione Burmanni. Lugd. Bat., 1719, in-8.

MDCCXXI.

Adami Lackmanni Miscellanea literaria. Accedit Mantissa de Peregrinatione Gallica et Italica. Hamburg., 1721, *ibi legitur* Lipsii epist. ad Lanoyum, p. 152.

MDCCXXII.

Bibliotheca Alex. Petavii et Franc. Mansartii : accedit *Musæum Lipsianum* seu J. Lipsii MSS collectio. Hagæ Comitum, 1722, in-8.

Florus, edente Car. Andr. Dukero, cum notis selectis *Lipsii*, Lugd. Bat., 1722, in-8.

Repetitus a. 1744.

MDCCXXIII.

Epistola anecdota ad Abrahamum Ortelium. (*Journal des savans, éd. d'Amsterdam*, p. 44, avril 1723).

MDCCXXVI.

Notæ in Valerium Maximum in editione Abr. *Torrenii*. Lugd. Bat., 1726, in-4.

MDCCXXVII.

Sylloges Epistolarum a Viris illustribus scriptarum Tomi quinque, collecti et digesti per Petrum Burmannum (Majorem). Leidæ, apud Samuelem Luchtmans, 1727, 5 voll. in-4.

Lipsii et ad eum virorum eruditorum epistolæ T. I integrum et T. II pagg. 193 occupant. Infra lectori occurrent aliquot excerpta.

In præfatione leguntur jam memoratæ in festinantem Lipsii manum diræ Burmanni (V. § v, P. I), subjungiturque Vriendtii epigramma :

Nil melius *Justo*, nil pejus scribit eodem,
Dissidet ingenio dextera, mens calamo.
Audiit hanc litem *Plantinus*, et arbiter æquus
Tam grave dissidium sustulit arte typi.

A charactere sive externo habitu ad intimam stili doctrinæque indolem. « Libri (sententiam suam edit Burmannus), magno numero ab ipso (Lipsio) elaborati et vulgati, satis ostendunt doctrinæ copiam et ingenii vires, quibus tantam sibi per totum orbem famam paravit, ut nullum inter tot viros illustres noverim, qui vivens videnque nominis sui celebritate majori cum jucunditate et voluptate frui potuerit. Si tamen ejus ingenium et eruditionem recte æstimare velimus, longe eum a *Scaligeri, Casauboni, Salmasii, D. Heinsii,* et quorundam aliorum, meritis et doctrinæ copiis abfuisse deprehendemus : nam licet videre possit splendorem et honoris speciem dum viveret latius fudisse, posteri tamen, invidia jam omni crescente, heroas illos nunquam æquare potuisse recte judicarunt. Astu et consilio callidissimo eas disciplinæ humanioris partes elegisse *Lipsium* patet, quæ faciliores et expositæ magis, etiam rudioris turbæ mentes adlicere et tenere possent, et illis viam, nullis fere spinis et vepribus obsitum, ad studia elegantiora, et historiæ et antiquitatum cognitionem aperiebant. Seposita enim et abjecta omni temporum doctrina et antiquissimorum sæculorum tenebris evi-

tatis, Græcæ etiam et aliarum linguarum studiis vel neglectis (1), vel leviter delibatis, eloquentiæ et poetices laude vel contemta, vel novo dicendi genere corrupta, congerebat sibi ex quotidiano usu tritis auctoribus, lautam satis et promptam supellectilem et apparatum. . . . . omnes fere antiquitatum, quas tractavit Lipsius, partes ab infinitis deinde retractatæ, et majori cura et studio, ut fieri solet, excultæ, effecerunt ut Lipsiana scripta hodie non ea dignitate et pretio habeantur, quo olim. . . . . Jam eloquentiæ et poeticæ artis facultas et copia, quæ jure semper mentis humanæ et omnium studiorum consummatio habitæ fuerunt, quam defuerint Lipsio, et quam desperatio illustres sui ævi oratores et poetas æquandi, a via regia et augusta, ad horridas et spinosas eum semitas deduxerit, nemini hodie est ignotum. . . . . Orationes vero et carmina vel nulla ipse prodidit, vel si qua amicorum studio in vulgus edita fuere, tantum abest ut ejus famam auxerint, ut potius eum ad infimam eruditorum in hoc scriptionis genere classem detruserint. Ex epistolis vero, quarum magnam vim vivus edidit, quum singulare quoddam dictionis genus adfectaret, dum viveret famam satis insignem fuit consecutus, sed quum multæ solis verborum honoribus, et adfectatæ cujusdam sapientiæ ostentatione absolvantur, et stili Lipsiani æmulatio statim omnis conciderit, solæ fere sunt, quæ inter opera Lipsiana neglectæ hodie jacere et a paucissimis legi solent. Nam quum nemo epistolas illas stili sui poliendi caussa nunc legat, sed tantum ut Lipsii et aliorum virorum illustrium interiorem vitam et facta singularia, aut capita quædam eruditionis tractata inde discat, et Lipsius studiose eas tantum

(1) « Præter Græcam et Latinam, custodes et velut quæstores quosdam thesauri scientiarum, aliam haud magni æstimo; nisi quæ vicinæ, ob commercia et talem usum. » *Syll.* ep. CLX[a]. (F. ab R.)

ediderit epistolas, quæ famæ suæ prodesse, et gloriam augere possint, nihil mirum si parum cupide ad eas evolvendas viri docti hodie accedant. . . . »

Inter civiles tumultus Lipsius, *Candidus* alter (1), hortum suum colebat. « Melonem ecce nostrum, mi Leeuwi (2), quid ais? Tuine æquiparant an superant? Quid autem si alios videas cubantes etiam nunc magno agmine in hortulo meo, grandes et superbos? diversos gente, forma, sapore? quid dicam? Hac æstate triumphamus, et fortasse, meo animo, tam serio, quam Hispani de cædibus suis et successibus cruentis. Prid. Kal. sept. 1584. Ep. XXXIII[a]. » Non tamen omnino reipublicæ immemor erat. « De republica, eidem Leeuwio scribit, querela et sollicitudo tua non sine caussa. Hem quo illa statu? Fallor aut profecto labitur hoc libertatis atrium, immo ruit : utique post dejectam grandem illam columnam, quæ sola fulciebat (3). Status isti sistant aut firment? Mihi non videtur : non certe, quum oculos mentemque flexi ad singulos, qui in consessu. E quibus alii boni, sed imperiti : pars magna mala, lucri cupida, et suæ non publicæ rei. Itaque multi isti Sinones facile imponunt pauculis illis Priamis, et Trojam hanc produnt hosti. Nosti ipse eorum ingenia et mores : et quam unum hoc curent, ut per publicam hanc tempestatem sarcinulas suas salvas habeant, uno auctas. Hi sunt vultures patriæ, hirudines ærarii, qui adflixere remp. istam et adfligent quamdiu locus iis in puppi. Quid censes? Victoriam spectare eos aut meliorem statum? Immo tumultum, noctem, turbas : e quibus creverunt, et per quæ vivunt. Redeant enim

(1) V. *Les Romans de Voltaire.*

(2) Aliter *Leewi.*

(3) *Guilelmum Arausionensem.* Item F. Raphelengio, sept. 1584, ep. CLXXXII[a] : « Nos hic jure turbati morte illius magni capitis. »

et revolvantur ipsi iterum ad suas tenebras, si sol aliquis illucescat firmæ bonæque gubernationis. Ut blattæ et stelliones lucem fugiunt : sic quietem rapones isti. Atque hæc et plura in toga peccantur : at militia scilicet meliore loco et lege. Immo adeo contra est, ut nemo bonus eam intueatur oculo sicco. Milites vide (3); sine disciplina reperies, sine ordine, manibus rapaces, pedibus fugaces : et in quibus linea nulla aut color militum, nisi quod avidi prædæ, sed ejus ipsius tamen incruentæ. Adde quod tyrones, quod subitarii, quod e fæce collecti : in quibus nihil aut virium aut animorum. Jam ipsi duces, quid? Temerarii, cæci, properi; ut unam illis provisionem cautionemque hanc jures nihil provide agere, nihil caute. Nec miremur. Tyrocinium enim vix militiæ suæ posuerunt : vis ducant? parere nunquam ipsi didicerunt : vis imperent? vitiis luxuque diffluunt. Vis castigent? sine peritia autem, imperio, coercitione, quæ potest esse felix militia? Aut quem alium successum, quam hunc quotidianum exspectes, dissipationis, fugæ, cædis? Canes enim ecce ab illa parte et leones prodeunt : a nobis lepores aliquot galeati, quos hinnuleus ducit aut cervus. Hæc mala sunt, mi Leeuwi, longo usu innexa jam huic statui, immo innata: nec tolli ea facile possunt, nisi et tollas ipsum. Itaque vident et culpant omnes : nemo emendat. Quia revera evertenda hæc forma Reipublicæ est, non convertenda. Confusio ista consiliorum tollenda, πολυαρχία removenda : et caput salutis nostræ ponendum in capite uno. Sed illud quoque unde expedimus? Deus viderit : ego hæreo. In nobis enim quis ea auctoritate, prudentia, fide? Ad externos igitur eundum sit. Et jam cœpimus, sed pede parum fausto. Gallus nos lactavit et sprevit.

(3) Lubens in militiæ rebus versabatur Lipsius, quippe qui, patricio genere natus, ensem, licet togatus, non omnino abdicaverat. (F. ab R.)

Angla, quantumvis benigne polliceatur, vereor ut præbeat se totam. Mulier est, Scotum habet in latere, insidias in sinu : nec velle eam scio, nec audere, nec posse. Regnum ipsum ejus uber ac florens, sed breve tamen et arctum, et quod impetu validum esse non negem, nescio an firmum ad longum bellum. Jam augemus ipsi has difficultates mora et lentitudine nostra; per otium sedemus, disceptamus : et manum linguamque ad auxilium vix exserimus, quum aqua nobis tangat mentum. Denique si petimus : frigide, intricate, perplexis legibus petimus, et tanquam qui nolimus impetrare. Et revera quidam nolunt. An ignota Regi illi aut Reginæ interna nostra vulnera sentis? Ambitionem acrem et avaritiam quorundam? Qui, ut dracones, circumplexi aureum hunc Hesperidum hortum incumbunt, adeo eum non deserturi, ut perire patriam a stirpe malint, quam imperium sibi aut prædam a parte. Tamen ad Anglam, inquies, eunt prompte. Mihi crede, non ut illa plane pleneque imperet, sed ut per eam ipsi. Arborem, inquam, hederæ istæ quærunt, cui annexa et innexa nequitia eorum serpat. Nec tamen hæc accusatio mea in omnes convenit : veram eam in paucis esse, utinam vere neges! Ecce querulam epistolam, et fortasse tibi lectu molestam, mihi pridem scriptu. Angor enim intimis sensibus, quum hæc cogito, et quum instantem florentissimæ patriæ ruinam præcipio mente. Instat enim certe, nisi magnus ille Stabilitor et Stator nos respicit, etc. IV Kal. jul. 1585, ep. XXXVII[a]. » Quoniam agebat de tanto nostræ historiæ momento, auctorisque Politicorum, in re tam ardua haud despicienda erat opinio, hanc fere integram exscripsimus epistolam, quod non erit fortasse Lecturis inamœnum. In ep. XXXVIII in idem caput : « Quod vivemus, quod in patria sumus, debemus Anglis; quid tamen porro futurum sit, hæreo : quoniam multos video, qui imperium et progressum eorum tardant ex occulto. Quid, ma-

lum, hoc morbi est? Non imperare novimus, non parere, non libertatem ferre, non servitutem. IV Kal. mart. 1586, ep. XXXVIIII[a]. » Quam populi naturam ad vivum expressit unus ex iis quos præcipuo amore amplector :

Qui ne peut être libre et frémit d'être esclave.

Ep. XLIX[a] Jacobi Bongarsii Bodryani ad Lipsium olim doctorem suum, quem jussu Regis vocat in Galliam. « Il (*le Roi*) vous offre telle profession à Paris que bon vous semblera : et six cents escus de gages, avec moyens de faire le voyage. S'il vous plaist d'y entendre, vous aurez incontinent un gentilhomme pour vous conduire. J'ay ouy le Roy parler et discourir de vous, avec tel feu, qu'il estoit aisé à juger, qu'il brusloit au dedans d'un desir de vous voir et de vous honorer. Monsieur, donnez ce contentement à ce prince : faites ce bien a nostre France et aux lettres, et m'obligez particulierement de cest honneur. 12 oct. 1594. »

In Epist. CLVIII[a] narratur Ortelio Jena discessus (v. § XII, P. I). « ..... Quid enim in iis omnibus, non dicam inhonesti, sed indecori? Adolescens tunc fui, fateor, sed nihil tamen temere aut insipienter nimis gestum, nisi quod illic egi. Audi rem totam. Ante annos viginti circiter, quum fugerem patriæ meæ turbas, opidulum illud veni (*Jenam*). Oblata professio est, accepi. Docui historias et eloquentiam cum fructu, ut spero, juventutis; ut scio, cum applausu. Ea res mordere collegas meos alios, nos celebrari, coli, in ore et laudibus esse,

Ipsos in tenebris volvi cœnoque queruntur,

ut dicam cum poeta. Erupit is adfectus, quum ex more scholæ, Decanus facultatis artium (utamur receptis et lenibus verbis)

creandus essem; coeunt et se obponunt. Negant Magistrum artium me esse, nec per leges creari, nisi talem. Ego adserere, illi testimonium poscere. Protuli de baccalaureatu in utroque jure, quod prævalere etiam censebam, et præponderare titulo magisterii. Illi videre et rejicere. Quid te teneam? ad principem itur. Is publicis imperiosisque literis jubet pro magistro me esse et haberi, et creari illico Decanum. Factum est : atque eo jure magistros pro more nostri ævi creavi. Quod crimen hic admissum? Nam quod ad titulum ipsum pertinet, sciant me admotum fuisse, examinatum jam et admissum, nisi quod grandis illa et sæva pestis anni LXIII (si memini) me fugavit, et honore illo, nihil volentem aut sitientem ejus, spoliavit. Hæc veritas est. Aliud si quid dicent, a se dicent. Atque discessum etiam meum ab eo loco culpant. Qui possint, miror. Non sane diu ibi egi, et invita et lacrimante juventute illinc abii. Sed tamen honeste petito commeatu, honeste impetrato. Literæ hujus rei exstant. Etiam convivium solemniter collegis meis dedi, et maxima frequentia studiosorum abeuntem me deduxit. Miror iterum, quomodo calumnia hæc invertet, aut rebus factisque claris quem atrum colorem adlinet, etc. V id. febr., 1592. » Addenda et nota Burmanni :

« Hæc epistola refutat facile illos, qui clam discessisse Jena Lipsium calumniantur, fastisque ejus nomen erasum fuisse. Vid. *Paullin.* Annal. Isenac., p. 180 et *Observat. Hallens.* T. XIII, obs. 1, § 1. Immo cum venia aulæ Coburgensis discessisse, et significasse consiliariis Saxoniæ Ducum consilium abeundi, simulque trimestris stipendii solutionem petiisse docet epistola *Lipsii* edita a *Cl. Cypriano* in Epistolis ex Gothana bibliotheca editis n. CX, in qua nota temporis me cruciat. Data enim dicitur XII Mart. 1574, et scribit Lipsius se intra sex

dies proximos abiturum. Atqui in epistola ad Consules et Senatum Francofurtensem, in Centuria ad German. LXVIII^a, clare dicit, se primo martio abiisse, quod de prima parte mensis martii si intelligatur, de die sexto post duodecimum capi non potest. Nisi dicamus in epistola Jenæ scripta Juliano, in altera Lovanii data Gregoriano stilo fuisse usum. De Decanatus negotio agit Lipsius in sequenti epistola Gothanæ Biblioth. ad *Ellingerum*. Alia etiam Lipsii est epistola ad *Dorotheam Susannam*, viduam principis Vinariensis, data XVI kal. jul. 1573, ubi se politam missurum orationem in funere principis habitam pollicetur. Sed in epistola ad *Ellingerum* edita a *Pontano*, Decad. V, ep. 2, scribit se Vinariæ ab illustrissima principe comiter acceptum, et eam egisse de vulganda oratione, gratia et præmio proposito, sed se negasse, ut quibusdam visus fuit, subrustice et insipienter. Non ergo præstiterat, quod priori epistola promiserat : si enim misisset orationem, vulgare eam invito Lipsio poterat princeps, et vulgata etiam fuit, sed post ejus mortem Francof. 1608, ubi inter octo prima habetur; quæ si vera Lipsii est, nil miror noluisse edi, quum animo semper adhæserit papismo in quem tamen ibi vehementer invehitur, et *Saxonicam stirpem, ad Dei hostes exstirpandos, errores evertendos, pestem pontificiam exscindendam donatam divinitus et concessam Ecclesiæ dicit*, et plura ejus notæ. In fine conceptis verbis Deum precatur, ut *Ecclesiam saxonicam et Scholam confirmet, conjuratos Evangelii hostes Hispanos, et alios ab aris et templis suis, a vita et fortunis omnium arceat.* En hypocritam detestandum, qui dum hæc ad Deum fundit, animo papista erat, ut fatetur in Epistola d. ad Senatum Francofurtensem, ubi non negat se fuisse Jenæ et ita scribit, *hæc alia* (sc. religio) *sed non ideo animo se alium fuisse, et si quid in verbis aut scriptis forte excidit, vere excidisse, et se pœnitentiam talium agere.* Et

hanc sufficere ad *omnes scriptiunculas suas una spongia eluendas.* Sed nulla spongiarum copia detestabilis hæc simulatio elui potest. De altera oratione de *Duplici Concordia*, de qua ibi Lipsius agit, nihil dijudico, quum non viderim. Sed de illa multa mentio in epistolis ad *Goldastum*, et illam Tiguri impressam ex epist. 18, quæ est *Stuckii*, apparet, et *Goldastum* fuisse auctorem editionis ex Epp. 31, 33, 34 et sqq. patet. »

Ex ep. CLXXVII[a] Theodoro Coornhertio (18 mart. 1584), discimus huic in mentem venisse consilium interpretandi *Constantiam;* jamque Plantinus manuscriptum codicem exspectabat. *Vid. App. ad an.* 1591.

De *Gellio* in CCX : « *Carrionem* jamdiu audio Lutetiæ esse, et Gellium dare. *Giffanius* qui feret? Quanquam et is suum jam edit et specimen vidi. Mihi dudum paratus ad editionem is scriptor. Fateor libere ; sola verecundia me tenuit, ne occuparem, in quo alii sitas habebant suas opes. XV kal. jun. 1584. »

Epist. DXXXII[a] abdicat publicum docendi munus. Inscribitur Nob. et Ampliss. Curatoribus Academiæ Lugdunensis, Magnificis ac Prudentissimis consulibus, postr. kal. jun. MDXCI. Epist. DXXXIV[a] iisdem ivit. Hæc est responsoria ad Curatorum et Consulum, quæ reperiri non potuit, sed qua rogaverant, ut mutaret propositum Lipsius. Certe nunquam tam commoti fuere Academiæ et urbis præfecti, quam hoc casu. Quod et inde patet, quod in consessu eorum mandatum fuerit, *Douzam* et *Petrum Adriani Werfium*, consulem, ad *Olden-Barneveldium* legare, qui consilium ejus hac in re peterent; et quum rediissent, et omnis spes Lipsii recuperandi nondum præcisa ipsis videretur, decreverunt nondum ipsi missionis tabulas dare,

sed quum audivissent uxorem iter ad maritum parare, ab eo quoque vehementer contenderunt, ut virum a proposito deduceret, simulque pro viatico ipsi et viro dederunt viginti quinque ducatos duplices aureos. Sed omnia fuere frustra; hujus doni nunquam videtur Lipsius meminisse (1).

In DCCLXXXVI[a] aulicus quidam qui semet ipse vocat *Philibert Meurier alias Maulpergher, gentilhome de la maison de sa Majeste Cesaree, et maistre d'hostel du illustrissime sieur de Liechtenstain*, barbara invitatione Lipsium in Austriam vocat.

SIRE,

« Encores que déjà une aultre fois ai entreprins la hardiesse de me remonstrer rurallement vers la tant digne et fameuse perssone de Vostre Excellence, ne m'ai sceu detenir de cheoir au mesme abisme de simplicité : mais non d'arrogante téméraire outrecuidance, ce que a Dieu ne veuille : ains comme à Dieu est notoire, et plusieurs grands perssonages de marque de diversses religions et bien estranges contrées, si besoing fust, ratifierioint : comme et de quelle debile action me réclame : treshumble serviteur d'un tant révéré, non seulement des Princes catoliques, ains aussi protestants! en oultre de toutte la maison serénissime d'Austriche, de laquelle ay commission et promesse d'un don de mille ducats, pour mon vin : si saurai si bien jouer mon perssonage d'esmovoir la perssone de Vostre Excellence, de venir en la ditte maison : en laquelle elle sera entierement avecque toute sa famille fort noblement entretenu et nourri : sans despendre une maille. Deffrayé jusques ici : avant bouger d'illec lui seront delivrés

(1) Not. ad ep. DXXXIV, p. 557, T. I.

comptant de don deux milles tallers : et les gaiges ordinaires monteront jusques a quinse cents reychsdaldres : sans dons, presents ordinaires : les quels excederont le tout : tant d'un, que d'aultre costé, etc. »

Epist. CCLXXXIX[a] de numero librorum *Taciti* agit.

Hæc et multo plura digna legi in sylloge inveniuntur. Ante autem quam huic capiti finem faciamus, non obmittemus aliquot epistolas Lipsii in schedis Biblioth. Burgundicæ, Bruxellis, conspici posse.

MDCCXXVIII.

L. A. Senecæ tragœdiæ cum notis integris Fred. Gronovii et selectis *Justi Lipsii*, Ant. Delrii, etc.; omnia recensuit. . . . Jo. Casp. Schröderus. Delfis, Adr. Beman., 1728, in-4, 2 voll.

MDCCXXXVIII.

Livii opera, cura Arnoldi Drackenborchii, cum notis Vallæ, Sabellici, etc. *J. Lipsii*, 7 voll. 1738—1746, Amst. et Traj.

Notæ in Plinii Paneg. in editione *Joannis Arntzenii*. Amstel., 1738, in-4.

MDCCXLI.

De la Constance, traduit des œuvres latines de J. Lipse, par M. de L. (*De la Grange*), *avocat au Parlement de Paris*, chez Prault fils, 1741, in-12, pp. CVII et 311.

MDCCXLIV.

Vide 1722.

MDCCXLVI.

Flores ex Senecæ epistolis et libris philosophicis excerpti. Posonii, 1746, in-8.

MDCCLII.

C. Taciti opera, cum notis integris *J. Lipsii* et Gronovii, ex recensione Joan. Aug. Ernesti, qui suas adjecit animadversiones. Lipsiæ, 1752, 2 voll. in-8; item 1772.

MDCCLVII.

Miscellanea ex MSS libris bibliothecæ Collegii Romani Soc. Jes. Romæ, 1757, in-8. Ibi septem Lipsii epistolæ, pp. 467—485, leguntur.

MDCCLXXII.

Vid. 1752.

EPILOGUS.

Habes Lipsii prosopographiam, commentationum more adumbratam, hoc est sine venere. Utinam sæpius ingentes Belgii viros, confertissimam cohortem, canora vox celebraret, gloriæque nostræ fastos monimento ære perenniori insculpere adgrederetur! Eïa agite, vates; qui autem placidioribus studiis delectantur Foppensio dextram inferunto, et ad sæculi quod vivimus tempora, deletis mendis, ejus Bibliothecam deducunto. Nos autem, pro exiguis nostris viribus, ad domestica facta semper revocabimus, et, fungentes vice cautis, ipsi secandi expertes, indefessis faucibus sumus clamaturi :

..... Respectez enfin votre belle patrie;
Baisez avec transport cette terre chérie;
De ses champs fécondés contemplez les sillons,
Vaste et riant cercueil de tant de bataillons.

L'étranger, se flattant d'une conquête aisée,
Cent fois tourna vers nous sa valeur abusée;
Ils croyaient nous courber sous des fers abhorrés,
Ils ont touché ce sol : il les a dévorés.
Voyez ces monuments, confidents de l'histoire,
Chaque pierre éloquente atteste notre gloire.
Ici de la chimie allumant les fourneaux
La peinture ravit aux riches minéraux
Ces brillantes couleurs dont la force native
Emprunte aux sucs du lin une teinte plus vive (1);
Du cercle qui le trompe épiant le contour,
Là, moderne Archimède, un savant à son tour,
Veut finir du passé les futiles querelles
Et tire de l'erreur des vérités nouvelles (2);
Un autre, préférant le scalpel au compas,
Cherche dans l'homme éteint le secret du trépas (3).
A la grâce, plus loin, le savoir qui s'allie,
Enseigne la sagesse et chante la Folie (4).
Des anges détrônés Vondel peint les fureurs,
Il frappe nos esprits de tragiques terreurs
Et, d'un monde ignoré dévoilant le mystère,
La poësie unit le ciel avec la terre.
Partout je vois le luth, le marbre, le ciseau
Se disputer l'honneur de célébrer Nassau :
L'étranger, par dépit, envain nous calomnie :
Les Belges sont aussi les enfans du Génie!

(Les Politiques de Salon. *Prologue*).

---

(1) Jean Van Eyck.

(2) Grégoire de St.-Vincent.

(3) André Vésale.

(4) Érasme.

APPENDICULAE

ET

VARIA TESTIMONIA.

Ad. § IV. Patriam Lipsii domum nunc tenet *Joannes Franciscus Poot*, in Hulpio pago *Pacis Judex*, ut nuncupant; qui magni viri nomine motus, relliquias Lipsii, si quæ sunt, servandas curat.

Ad. § VI. *Constantinus Hugenius* pater erat celeberrimi geometræ qui tautochronismum cycloidæ, devolutarum theoriam ac virium centralium invenit. Nemo nescit hunc Parisiis degentem istius temporis Aspasiæ (*Ninon de L'Enclos*) carmina lusisse quæ geometriam subolere facete Voltarius aiebat (1). Felicius colebat musas pater, quamvis poetam absque poesi eum adpellet *Capellanus*. Familia hujus scriptoris exstincta est cum *Susanna Ludovica Huigens* quæ J. V. *de Wassenaar de Raiven* nupsit ac obiit Hagæ, nullis superstitibus liberis, an. 1785. Maxime propinqui, præsertim *N. V. J. Schonck*, ab Hugenio propriam vitam fuisse olim carmine scriptam haud nesciebant, ubi jaceret MS ignari. Modico tandem pretio emptum curiæ literariæ Amstelodamensi ille obtulit, et *C. V. Abraham De Vries*, qui per fratrem suum Hieronymum codicem legerat, Doctiss. *H. Peerlkamp*, quem in deliciis habemus, adhortatus est ut eum publici juris faceret et fecit an. 1817, addita amœni vatis *Loosjes* versione belgica. Ille autem transcriptum locum sic reddidit :

(1) « Huighens (ou Huigens), ce philosophe hollandais qui découvrit en France une lune de Saturne, s'attacha aussi à observer M^lle^ Ninon de L'Enclos. Elle métamorphosa un moment le mathématicien en galant et en poëte. Il fit pour elle ces vers qui sont un peu géométriques :

Elle a cinq instrumens dont je suis amoureux,
Les deux premiers ses mains, les deux autres ses yeux,
Pour le plus beau de tous, le cinquième qui reste,
Il faut être fringant et leste. »

(Volt., éd. d'Auger, tom. IX, p. 1197).

Nu liep myn zevend jaar ten eind met rasse schreden.
'T ontluikend knaapje moest nu steiler spoor betreden,
'T gebied van latium moest door zyn oog beschouwd,
En al die konsten aan zyn 'geest in 't breed ontvouwd,
Tot welker bronnen nooit het nageslacht kan komen
Dan onder schaduw der welsprekenheid van Romen.
Helaas! alsof slechts daar de schat verborgen lag
Der kennis, die toch 't licht in andre streken zag,
Ja byna achste men dien verstand te ontbreken,
Die niet der romers taal kon schryven en kon spreken, etc.

Quod fortasse sic imitari fas est:

Pour la septième fois, au même ordre enchainée,
La terre avait décrit le cercle de l'année;
Adieux, plaisirs charmans, douce paresse, adieux!
De mon pédant fuyez le visage odieux!
D'écolier je deviens un citoyen de Rome;
En latin chaque objet pour mon tourment se nomme;
Ce que Rome ignora je l'apprends en latin.
Il m'endort tout le jour, il m'éveille au matin.
Hélas! ma tendre mère et ma bonne nourrice
Formaient déjà les sons de ma langue novice.
Laissez-moi, sous leurs yeux, sans livres, sans efforts,
De mes membres captifs dénouer les ressorts;
Laissez-moi recueillir leur touchante sagesse
De qui chaque leçon promet une caresse.....
— Non, non, deviens Romain, etc.

Ad § VII. Lipsius, ac istius temporis docti, profanum osi vulgus, nostrates linguas aspernabantur; contrarium autem in vitium inciderunt qui nunc Latium contemnere videntur, et quibus hoc carmen fecimus:

APOLLINIS JUDICIUM.

Haud procul a lucis dira nigrantibus umbra,
Faucibus ac Orci quas urget arundine fœda
Lentus Cocyti limus, sonituque trilinguis
Cerberus immani porrectus personat antro,
Panditur hic sedes vatum descripta piorum.
Purior electro campos dum uxorius amnis

Influit Elysios, spiratque per æthera flamen
Ambrosium, versus manes seu littore dicunt,
Sive lyram facili gaudentes pectine pulsant.
Floribus et pulcher myrto sub fronte *Secundus*,
Heu! nimium brevis, æternos suspirat amores;
Divinam *Auriaci* stirpem canit ore profundo
Barlæus; inde fides lesboas *Wallius* audax
Tendere non refugit, mollis quum musa *Becani*
Sacra Syracosio conatur ludere versu;
Meyerus instituit reges et dedocet iram
Falsaque Mechliniæ deceptæ incendia ridet.
Fert sceptrum et magni reliquis dat jura *Sidronj*
Umbra potens, felix Romanorum æmula vatum.

At Phœbo interea jam pompa jubente paratur,
Pieridumque decus, Belgas decrevit Apollo
Adscribi ordinibus. Tendens Cyllenius alis
Auras per celeres, jam venit ad ostia Ditis.
Bellua demissis divum videt auribus insons,
Leniter atque terens caudam, olli crura pedesque
Haud fera demulcet. Longo post tempore lætus
Sic canis ad reducem dominum latravit Ulyssem,
Blanditiis lambens, ingratis fidus amicis.
Nuncius alatis tetigit jam dulcia plantis
Fortunatorum nemora et præcepta facessit.

Hoc duce procedunt tum vates agmine longo.
Non bis transilienda ratis secat æquora, Dite
Invito; gemitus stagnis auditur avarus.

Confestim superas agmen festinat ad auras.
O Belgæ, manibus date thura et lilia plenis;
Advocat ecce deos patriæ Parnassia rupes!
Præruptam scandunt, ollisque adstantibus ingens
Adsurgit Phœbus : totis strepit ædibus alta
Porticus Aonidum docilis modulamine plectri;
Panchæis et circum ardent altaria flammis,
Nectareisque, recens semper, ridente corona,
Cantharus impletur lymphis. Tunc Phœbus ab ostro
Quod solium exornat, cunctisque silentibus ore,

Incipit : « ô dulces pueri ! mea maxima cura,
Crinem fronde datur meritis accingere lauri,
Laudibus ac dignos, instat jam tempus, honores
Sumere, nec quondam perituris nomina fastis
Sculpere felices. Vobis cantantibus olim,
Præbuit Aonios fontes mihi Belgica tellus,
Pegaseamque sitim sedavit flumine largo.
Littora, Pieridum sedes, florete secunda
Alite ! sublabens celebres, Amstellia, muros,
Undarumque pater, Scaldis, qui lentus in urna,
Extremæ recipis terræque tributa marisque;
Dulcisoni colles, fecundaque terra triumphis,
Vos mihi Castaliæ fluctus secretaque Pindi
Fingitis et virides summo pinos Aracyntho.
Nunc quoque major honos vestris est additus oris,
Heroum soboles Belgis Rex aurea reddit
Sæcula; si qua manent veteris vestigia vestræ
Cladis, in Augusti cessabunt sceptra faventis.
Belgica testudo claro *Falcone* resurgens
Mecænate sonat : scriptores, cedite, Graii,
Cedite Romani, tantis sperare licebit
Quid non auspiciis? sed cur discrimine linguæ
Belgia contendunt? Quæ agitat discordia fratres?
Nonne loco mihi Gallorum stat Battavus æquo?
Divitiis, simili concordes pace, fruantur.....
Vel si nulla fides, nullus componere lites
Unquam præstat amor, redeat vox vitaque Musis
Ausoniæ tacitis; nec sint certamina genti. »

Sic ait : in numerum plaudit dum turba magistro,
Virgilii bustis motare cacumina laurus.

Quæ quum venissent in manus amplissimi viri, cujus nomen ibi audacter usurpatur, subridens dixit : *hoc probat me non esse aquilam,* continuoque fabellam retulimus :

FALCO ET AQUILA.

Alta sub quercu, volucrum stipante corona,
Dum tacet omnis ager, duri nec retia tendunt
Agricolæ, nec cædi inhiantes missile plumbum
Igne parant rapido, rostris en Falco recurvis,

In mediumque ferox descendit fulminis ales.
Pugnantes generis de nobilitate, superbos
Principio repetunt patres ab origine mundi.
Versibus alternis igitur pro judice lecto
Dicere. Tum rapti meritum Ganymedis honorem,
Romanos aquilæ sub signo cuncta domantes,
Pullorum adverso nec lumina sole retorta,
Et commissa refert cœlestis fulmina regis
Armiger : at *Falco* contra est sermonibus orsus :
« Haud me sæva juvant, quamvis per lustra nemusque
Terrorem injiciam, posita jam casside frontis.
Mecœnas gratos qui Belgas laudibus ornat,
Artibus atque favet prudens, mea nomina sumpsit :
Hæc mea laus, hæc magna satis. » Quod Juppiter audit
Forsitan et subito Falconi fulgura lætus
Nec non regna dedit volucrum, sic lite soluta.

Ad § XVI. Non facile census fiet eorum qui Lipsii nomen laudarunt: addemus tamen et istos :

Tob. Magiri Eponymologic. voce *Justus Lipsius.* — De Virgine Hallensi *Menagius*, *Anti-Baill.* N. LXXIII. — *Morhofius*, I. *Polyh. Lit.* C. XVII, § 9, pp. 188—189. C. XXII, § 20, p. 262. C. XXIV, §§ 63—66, pp. 298—299, L. V. C. I, § 7, p. 924, L. VI. C. III, § 4, p. 977, T. I, L. I. *Polyh. Philos.* C. IV, § 2, p. 23, L. II. C. VIII, § 1, p. 192, T. II. — *Jo. Molleri Homonymoscopia*, Sect. II, C. VI, § 69, p. 692. — *Jo. Henrici Boecleri Bibliographia critica*, C. II, p. 33. — *Crenii Animadv. philolog.* P. II, p. 81, S. Part. III, p. 79, Part. IV, pp. 31—34. Part. VI, pp. 30—32. Part. VII, § VII, p. 43, pp. 54—57. Part. VIII, pp. 24—30, 178—181. Part. X, pp. 84—88, 192—193, 285—287. Part. XI, pp. 176, 177, 270. Part. XIII, pp. 72—76, 79—82, 83—181. S. Part. XIV, pp. 117, 118, 124. Part. XIX, pp. 247—248. — *Schurtzfleischii Elogia*, pp. 75—79. — *Jo. Alb. Fabricii centuria Plagiariorum*, P. VI, pp. 11—12. — *Petrus Burmannus*, major, ad *Syllogen Epistolar.*, T. I, ep. CVIII, p. 162, it. p. 558. — *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.*, Part. V pp. 393—394 et Part. VI, pp. 346—356. — *Gottl. Krantzius*, ad *Conringium* Sæcul. XVI. C. V, p. 177 (*t*). — *Nic. Comnenus Papadopoli*, T. I, L. III, C. XXII, pp. 341—343. — *Petri Scriverii V. C. opera anecdota. Trajecti ad Rhenum*, 1734, in-4, pp. 5—11, 33—37, 38. — De promissis ejus in *Livium* curis, *Drackenborchius*, in præf. ad *Livium*, pp. LX, LXI. —

Catal. Bibl. Bunav., T. I, vol. II, pp. 1394—1395. *Rad. Cutworthus*, ex versione J. L. Moshemii, Lugd. Bat., 1773, 2 voll. in-4. T. II, pp. 301 sq.— Lipsius de Seneca male audito reprehensus. *Chr. Saxi Onomasticon Literar.* T. III, pp. 479—482. *Hofman Peerlkamp, vita Belgarum qui latina carmina scripserunt*, pp. 231—233.

Ad § XVIII. « Juste Lipse fut fort étonné de recevoir en Hollande une lettre d'invitation de Henri IV, qui lui offrait une place honorable et six cents écus d'or d'appointement. » *De l'amour de Henri IV pour les lettres*, Paris, 1785, in-18, p. 14.

Ad §§ XXI et XXV. Lipsii icon est in *Boissardianis* tabulis N. CXCV, et in numo apud *Van Loon* in *Numis Historicis*, T. I, L. VI, ad A. 1599, p. 536. E marmore quod exstabat in D. Petri, Lovanii, templo, Parisios ablato, deindeque restituto, Lipsii effigiem lithographice adumbrari curavimus.

In imaginem ejusdem.

Hæc *Lipsi*, sed non *Lipsi* unius, at simul ipsa
Et *Senecæ* et *Taciti*, viva et imago *Titi*.

(J. L. *Flores*, etc. Colon. 1620, p. 265.
Et in *Fama Posthuma*. A. XXXIII).

Faber *Simon* Lipsium in numo finxit, hac inscriptione adjecta :

NATUS
YSSCHOE (sic) SUP.
AN. M. D. XLVII
OBIIT
AN. M. DC. VI.

Numorum suorum istius modi mendis decus corrupit ille faber.

Ad § XXVII. Ex codicillis dictis : *L'Année littéraire*, 1775, tom. VI, pp. 305—314.

PORTRAIT DE JUSTE LIPSE.

» Je cherchais ce matin dans le *Nouveau Dictionnaire Historique* (six vol. in-8. Paris, Le Jay), une notice dont j'avais besoin. Je suis tombé, par ha-

sard, sur celle de Juste Lipse, et j'ai été frappé du caractère singulier de ce littérateur célèbre, qui fut le plus bel esprit de son tems. Je ne me suis pas tenu à ces premières notions; j'ai consulté *Bayle*, *Moreri*, et d'autres écrivains, qui tous l'ont peint des mêmes couleurs. Jugez vous-même, Monsieur, par les traits que j'ai recueillis, s'ils n'ont pas dû me surprendre. Je n'avancerai dans cet article aucun fait qui ne soit garanti par l'histoire.

» Juste Lipse parut de bonne heure avec éclat sur le théâtre de la littérature. Il n'avait que 19 ans lorsqu'il publia son premier ouvrage intitulé: *Variæ Lectiones*, c'est-à-dire *Diverses Leçons* ou corrections et explications de plusieurs passages d'auteurs anciens, un volume in-8. Il avait beaucoup d'esprit, des talens même, une ardeur singulière pour l'étude, une prodigieuse facilité d'écrire, un amour effréné de la gloire, une incurable démangeaison de saisir, pour faire parler de lui, tous les événemens, tous les vaudevilles du jour, toutes les disputes des savans, et de publier ce qu'il pensait des objets différens qui, tour à tour, venaient s'offrir à son imagination. Ses écrits sur toutes sortes de matières se succédaient rapidement les uns aux autres, et s'imprimaient dans toutes les grandes villes de l'Europe. Il faisait des vers, il composait des satyres, des libelles, des historiettes, des commentaires; il écrivait sur la politique, sur l'histoire, sur la philosophie, sur la critique, sur la religion; en un mot, il était universel, ou du moins il avait la fureur de le paraître. Après sa mort on rassembla toutes ses œuvres, et il y eut de quoi faire six gros volumes *in-folio*. Il est probable que cet auteur eut été le plus bel ornement de son siècle, si la manie de l'universalité et de la singularité n'avait un peu dérangé les fibres de son cerveau. Il avait supérieurement débuté. Sa façon de penser et d'écrire est simple, noble, élégante, dans les ouvrages qui commencèrent à le faire connaître. Mais il s'ennuya de suivre les traces des anciens. Il se persuada qu'il importait à sa réputation de se frayer un chemin nouveau, d'écarter tout soupçon que dans ses travaux il suivît aucun modèle, et d'amener le public à le regarder lui-même comme un excellent original. Enfin, il aspirait à la dictature perpétuelle de la république des lettres. Plein de ce beau projet, il se hâta d'enfanter volumes sur volumes, brochures sur brochures, pamphlets sur pamphlets. Dans presque toutes ces productions, il est vif, léger, ingénieux; mais son style va par sauts et par bonds; il est hérissé d'épigrammes, de pointes et de jeux de mots. A force de vouloir paraître universel, saillant et sin-

gulier, il vint à bout de ne ressembler à aucun ni des bons anciens, ni des bons modernes. Ses défauts n'échappèrent pas aux hommes de goût ses comtemporains. On sait qu'un certain monsieur *Josephus Scaliger*, un certain monsieur *Casaubonus*, un certain monsieur *Petavius*, ne firent jamais grand cas de ses ouvrages, et nos jeunes littérateurs français sont priés de croire que ces trois *quidams*, qu'ils ne connaissent peut-être même pas de nom, n'étaient pas des sots.

» Si Juste Lipse fut si bien apprécié par un petit nombre de lecteurs sensés, en revanche il eut des milliers d'admirateurs, d'imitateurs et de copistes; et cela devait être. Le plus grand nombre se laisse toujours prendre aux charmes de la nouveauté. Des princes, des ducs, des marquis, des comtes, des barons, des militaires, des magistrats, des financiers, des abbés, des femmes du bon ton, etc., excités par la célébrité de son nom et par la curiosité de le voir, allaient le visiter dans sa retraite; ils n'en revenaient qu'avec des transports d'admiration. Ils l'élevaient au-dessus des plus grands écrivains de l'antiquité et de leur tems. Ils soutenaient qu'ils les effaçait tous par la beauté de son génie et par l'universalité de ses talens. Presque tous les jeunes auteurs lui envoyaient leurs ouvrages, dans lesquels ils s'étaient mis à la torture pour prendre son style; ils lui écrivaient des lettres d'enthousiasme et d'adoration, et ils en recevaient les réponses les plus flatteuses qu'ils avaient grand soin de faire imprimer. Il eut des partisans en France, en Italie, en Angleterre, en Allemagne, et même ils formèrent une secte considérable qu'on appella les *Lipsiens*. Mais qu'arriva-t-il après que ce littérateur si connu de toute l'Europe eut payé le tribut à la Parque? ses écrits ne parurent plus si merveilleux; sa gloire alla toujours en diminuant, à mesure que le bon goût rentra dans ses droits; et maintenant à peine lui reste-t-il une petite portion de la célébrité qu'il eut pendant sa vie. Qui est-ce qui le lit aujourd'hui? La volumineuse collection de ses œuvres est presqu'ensevelie, comme son nom, dans les gouffres de l'oubli. Il y a peut-être un peu d'injustice dans cette révolution; car *Juste Lipse* était véritablement un très-bel esprit. Son malheur est d'avoir ébloui la plupart de ses contemporains par sa brillante singularité, et d'être venu à bout de s'établir une espèce d'empire sur presque tous les esprits du second ordre. Ses sectateurs étaient des hommes très-ordinaires; comme ils manquaient de génie, comme ils ne pouvaient imiter leur maître que dans ses défauts, ils ont fait rejaillir sur sa

mémoire le mépris dont insensiblement ils se sont couverts eux-mêmes. Vers la fin du dernier siècle, on ne regardait plus cette secte des *Lipsiens* que comme la lie de la littérature ; et leurs ouvrages ne sont connus aujourd'hui que de ceux qui veulent tout connaître (1).

» L'exemple de ce pauvre *Lipse* et de ces malheureux *Lipsiens* est bien frappant, Monsieur. Que de tristes réflexions il doit inspirer à ces auteurs fameux qui occupent de leur gloire toutes les trompettes de la renommée ! qu'ils ne se rassurent ni sur l'éclat de leur célébrité, ni sur la multiplicité de leurs succès, ni sur le nombre et le zèle de leurs partisans ; c'est, si l'on veut, une espèce de cortége ou de *livrée*, qui peut leur faire quelque honneur pendant leur vie ; mais, après leur mort, on n'en doit rien attendre que de funeste pour leur réputation.

» J'oubliais, Monsieur, un article essentiel, c'est que *Juste Lipse* lisait tout et profitait de tout. Il fut même accusé et convaincu plus d'une fois de plagiat; *Muret*, *Saumaise*, le président *Faber*, le chevalier de *Montaigu*, et plusieurs autres écrivains lui reprochèrent publiquement ses vols manifestes et revendiquèrent les larcins qu'il leur avait faits.

» Quant à la figure, *Juste Lipse* était horriblement laid, et lorsqu'on le voyait, on était étonné qu'un aussi bel esprit fût logé dans un aussi vilain corps (2). A l'égard du caractère, son ambition de dominer seul le Parnasse peut en donner une idée. Il était inquiet, envieux, méchant, d'une humeur inégale; tantôt d'une gaîté charmante, tantôt taciturne, atrabilaire, mécontent de tout le monde et de lui-même. Sa religion était fort équivoque; il fut tour à tour catholique, luthérien, calviniste, etc. ; sa façon de penser à ce sujet était si connue, que le Grand Duc lui fit offrir une chaire de professeur dans l'Académie de Pise, avec le privilége de

---

(1) » Quum admodum Ciceronis studiosi *Ciceroniani* vocantur, ita etiam qui ad Lipsii stilum se exercent, *Lipsiani* adpellantur. Genus orationis est breve, concisum, verbis inops, crebro incidens, nunquam fere circuitum et quasi orbem verborum, apta atque eleganti compositione, conficiens. » *Jan. Nic. Erytr.* Pinacoth. III. (F. ab R).

(2) Vid. Iconem isti commentario præfixam. Quis non in tota hac pagina insanam nefariamque *Voltario* injuriam inferendi lubidinem agnoscit ? (F. ab R.)

croire tout ce qu'il voudrait en fait de religion. On dit que ce prince avait sollicité et obtenu à Rome cette tolérance pour ce bel esprit. Mais ses infirmités l'empêchèrent d'aller à Pise. Après avoir longtems erré dans l'Europe, souvent chassé, ou contraint, pour mettre sa personne en sûreté, de sortir des lieux qu'il habitait, il finit par se retirer à Louvain, où le reste de sa vie fut assez paisible; il y rentra même dans le sein de la religion romaine, et ce fut un des plus zélés catholiques de cette ville. Il se montra surtout très-dévot à la Sainte-Vierge. Il écrivit en son honneur, lui consacra sa plume d'argent, et lui légua, par son testament, sa robe fourrée. S'il existe parmi nous un auteur qu'on puisse lui comparer pour l'esprit, pour l'avidité de la gloire, pour les plagiats, pour la liberté de penser en matière de religion, je ne serais pas étonné qu'il lui ressemblât encore, à la fin de ses jours, par un repentir sincère de ses fautes et de ses erreurs; on peut s'attendre à tout d'un homme à imagination, et, si l'on venait me dire qu'un tel homme, malgré ses blasphêmes contre la religion, ses diatribes contre le clergé, ses invectives contre les moines, est mort entre deux capucins, ce dénouement d'une longue vie tragi-comique me paraîtrait simple et naturel.

Je suis, etc.

A Paris, ce 24 novembre 1775. »

Ad § LXX — Menagius in *Orig. Ital.* retulit literas quibus Rex Galliæ Franc. I. mense martio An. 1528 civitatis gallicæ titulo Julium Scaligerum ornat. In his solum nominatur Julius Cæsar de Scala de Bordoms (aut de *Bordonis*, ut melius Monetæ videtur), Doct. Medic. ac Veronensis-Italus. Verba ista *de Bordoms* aut *de Bordonis* probant illi nomen fuisse Julium Burdonium, ut vocat Lilius Gyraldus, non autem *Julium a Burden*, aut *comitem a Burden*, ut filius ejus in epist. Dousæ et alibi contendit. Amœne dictitabat Lipsius, si *Thuanis* fides, Veronenses potius a Scaligeris originem suam ducturos, quum Verona longe nobiliores essent Scaligeri.

Menagius hanc originem illustravit et ad nudam humilitatem reduxit, quamvis epigramma fecerit, ubi vatis jure utitur:

Ἡνίδ' Ἰώσεππος, κεῖνος φύσεως μέγα θαῦμα,
Τοῦ πατρὸς μέγαλου παῖς μέγας ὁ Σκαλανός,
Τοῖς Σκαλανοῖς καλῆς ὑπάτην Βηρωνίδος ἀρχὴν
Εἵλετο Ζεὺς, Μουσῶν σκῆπτρον ἔδωκε φέρειν.

(*Anti-Baill.* N. LXXIX).

Ad § LXXXVIII. *Menagius* in *Anti-Bailleto* sive *Bajuleto* (1). N. XXVIII.

« *Ce que dit M. Baillet que le livre* De Militia Romana *imprimé sous le nom de Lipse, n'est pas de Lipse, est très-faux.*

» M. Baillet dit à la page 155 de la seconde partie de son second tome que le livre *De Militia Romana*, publié par Lipse, sous le nom de Lipse, n'est pas de Lipse. Il est très-faux que ce livre ne soit pas de Lipse. Lipse n'était point un plagiaire (2), et tous ceux qui ont parlé de cet ouvrage, en ont parlé comme de son ouvrage. Daniel Heinsius, contemporain de Lipse, dans la lettre qu'il a écrite à Casaubon sur la mort de Scaliger, en parle comme d'un ouvrage de Lipse. *Existimo postremos quibus ante mortem usus est auctores, Polybium et Lipsii de Militia Romana libros fuisse.* Ce qui a fait faire cette faute à M. Baillet, c'est cet endroit du second *Scaligerana*, p. 143: *Lipsius, libro de Militia Romana, omnia cepit ex Francisco Patricio, qui italia scripsit ea de re.* Est-ce à dire que Lipse n'est pas auteur de ce livre ? Par ce raisonnement M. Baillet ne serait pas auteur d'un nombre infini de chapitres de son livre, qu'il a pris des faiseurs d'éloges. »

De plagiis Lipsii Th. Crenius in dissertatione de *Furibus Librariis*, Lugd. Bat., 1716, in-12, pp. 96, 97, § LXV:

---

(1) Menagius *Bailleti* nomen latine convertit in *Bajuletum*, *Anti Baill.* N. XLII. Quod imitati sumus. (F. ab R.)

(2) Quoique dans le fond Lipse n'ait pas été un plagiaire, et que les raisons qu'il produit pour sa justification dans l'épitre 10 de la I. Centurie *ad Belgas*, puissent servir de réponse à toutes les accusations non-seulement du président du Faur, mais encore de Muret, de Giphanius, de Scioppius, de Scaliger, de Richard Montaigu, de Boulenger, de Saumaise, etc. (P. Faber in *Agnostico.* Muret, *epist. ad Lips.* Giphan., *epist. ad Muret.* Scioppius in *Priap. Carm.* 8. Scaligerana posteriora, V. *Lipsius* et V. *Muretus.* Bulengerus, lib. 12 *hist. sui temporis;* Guntherius *de Jure Manium* 22. Salmasius, *epist.* 93. Sur quoi l'on peut voir Thomasius *de Plagio*, et Jean Albert Fabrice dans sa *Decas decadum*). Il faut pourtant avouer qu'il aurait mieux fait d'éviter ces sortes de reproches en faisant quelque mention des auteurs, à qui il ne pouvait disconvenir qu'il n'eût quelque obligation. Ce que personne n'a remarqué de Lipse est que pour illustrer plusieurs endroits du traité de Sénèque *de Clementia*, il s'est servi des mêmes citations dont Calvin, alors catholique, et qui n'avait pas vingt-trois ans complets, s'était servi avant lui dans le commentaire qu'il fit imprimer à Paris sur le même traité l'an 1532. « *Note de M. de la Monnoye.* »

« *Justum Lipsium* exscripsisse Torrentium, ipse satis indicat Lævinus in Sueton. August. C. X. p. m. 122, b, his verbis : « *Plura Lipsius* Electon. II. C. XIII, *ubi nostræ hic animadversionis non meminit.* » Locum Gellii ex extremo lib. VIII Torrentio ibi adductum frustra quæsivi. Ipsa Gellii verba dat Lipsius, non locum. Torrentii verba e notis in Sueton. August. C. XXIV. 4. de Emeritis repetivit idem fere Lipsius, Excursus G ad Taciti I. Annal. p. m. 176, edit. Paris. M. DC. VIII. in-fol., adsentiente Grutero; quos tamen refellit C. Barthius, I Adversarior. C. X. Col. M. 21. Lipsii notam in Senec. Consolation. ad Polyb. C. XXXV de Pulvinaribus lego et in Torrentii comment. in Sueton. Domitian. C. XIII. I p. m. 686. a. Si Scaligeranis Putean. p. m. 207 credimus : « *Lipsius in libro* de Militia Romana *omnia cepit ex Francisco Patricio, qui Italice scripsit ea de re.* » Enimvero de Patricii Parallelis militaribus notissimum judicium est Josep. Scaligeri, *hujus generis acerrimi æstimatoris*, judice Jano Nicio Erythræo Pinacothec. I. N. CXVII. p. m. 203; qui in suis ad amicos Epistolis (N. CXIX. p. m. 310) scripsit his verbis : « *Franciscus Patricius solus mihi videtur digitum ad fontes intendisse : quem ad verbum alii, qui hoc studium tractarunt, quum sequantur, tamen ejus nomen ne semel quidem memorarunt.* » Semestriæ Petri Fabri a Lipsio exscripta esse adfirmat Cæsar Bulengerus in Historia Laudat tamen ea Lipsius in Electis, lib. I. C. XXII extr. et dicit, se ea non compilare; « *fatendum tamen commutato stilo, quo non instructus fuit Faber, Lipsium multa inserere suis,* » scribit auctor Bibliographiæ curiosæ, p. m. 30. « *Francisco Hotomanno in lib. I.* Cæsar. de bello Civil. C. XII, *fallor, an sua debeat Lipsius lib. II. Elector.* C. XIX, » ait Christoph. Adam Rupertus in observationibus ad Flori lib. II. C. II. 8. p. m. 309. editis Norib. M. DC. LIX, in-8. »

Eandem versat materiam, ut dixi, Jo. Albertus Fabricius in *decade decadum, sive Plagiariorum et Pseudonymorum centuria*, Opusc. Hamburg., 1738, in-4, pp. 11, 12 n. VI :

» Justus Lipsius. Eum a Fabro, Mureto et aliis quibusdam super Saturnalibus suis notisque in Tacitum et Criticis nonnullis Emendationibus plagii accusatum fuisse, alii ante nos adnotarunt. Sed et in de Militia Ro-

(1) Vid. Pars II, C. XIII. § lxxxvii.

mana Commentariis Patricium ab eo exscribi animadversum est. Vide Teissierium *Eloge des savans*, Part. II, p. 385, et Almeloveenium in Syllabo Plagiariorum. Unde illustre exemplum præbet eorum, quæ diximus paulo ante, quum de Fortio ageremus. Huc referenda sunt verba Bulengeri, quæ adlegat B. Thomasius § 492 : *Alii Strategica ab eo repetunt et manum injiciunt* (1). Ex Onuphrio quoque aliqua eum descripsisse lego apud Teissierium L. C. In Scaligeranis primis arguitur, quod ex Scaligeri conjectaneis observationem quandam tacito nomine sit subfuratus. In libris de Cruce Petrum Fabrum ab eo exscribi ait Bebelius Antiquitt. Evangil. p. 521. Neque tamen de plagio intelligendus Naudæus, pag. 111 Bibliographiæ militaris, ubi Carolum Scribanium in Politico Christiano dicit acumina sensuum et flosculos sententiarum spargere, « *quas interdum etiam ex suo penu depromat, quemadmodum Lipsius semper ex alieno.* » Cæterum de Lipsio vide, quos adlegat Martinus Hankius Libro I de Romanar. Rerum Scriptoribus p. 269, quibus adde Erythræum in Addendis ad Pinacothecam III; Drexelium, Parte I Aurifodinæ C. IV; Miræum de Scriptoribus sæculi XVII; Eybenium ad Magiri Eponymologicum; Rivetum, T. III, p. 535; Labbeum in Bibl., etc.... »

Idem Fabricius de Lipsii imitatoribus, ejusdem libelli pp. 44, 45, N. XXXVIII :

« Joannes Bernartius. In libris duobus De Utilitate Legendæ Historiæ, quos Lipsio inscripsit, ita dictionem Lipsii ad ineptias usque adfectat ut inter simias Lipsianas Drusium, Petrum Gruterum, Josephum Laurentium, Priolum, etc., vel primo loco stare possit, ita non tantum flosculos Lipsii, sed et veterum auctorum dicta, quæ Lipsius scriptis suis inspergere solet, passim sublegisse videtur. De ejus notis in Statium Barthius VI, 4, Adversariorum : « *Demas*, inquit, *scripta Lexicographorum, demas quæ ex* Lipsio *et aliis talibus, præcipue vero Natali Comite fabulas, et ejus generis aliis exscripsit, plane parum relinques ipsius operæ debitum.....* »

Iterum Fabricius in Oratione De Caussis Contemptus Scholarum Publicarum, hæc de auditorio Lipsii refert, *Opusc.* p. 479 :

(1) V. Pars II, C. XIII, § LXXXIX

« De Erycio quidem Puteano Abrahamus Scultetus in vita sua : « *Docet vir doctus*, inquit, *ut et ante ipsum Lipsius in sterili auditorio, non alia de caussa (ex magno viro hoc audivi) quam quod juventus a melioribus studiis ad tricas disputationum scholasticorum per jesuitas avocatur.* » Lipsius ipse ad Querelam Senecæ Epistol. XCV. « *Cessat omne studium et liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis præsident : in Rhetorum ac Philosophorum scholis solitudo est;* adnotavit *in Belgica hoc oraculum* esse, ad ea respiciens haud dubie, quæ proprio exemplo esset expertus. »

Ad § CXI. Voltaire, *Préface de l'Anti-Machiavel; édit. d'Auger, tom. VIII, p.* 987 : « L'illustre auteur (Frédéric, roi de Prusse) ayant pleinement répondu à Machiavel, mon partage sera ici de répondre en peu de mots à la préface d'Amelot de la Houssaie. Ce traducteur a voulu se donner pour un politique; mais je puis assurer que celui qui combat ici Machiavel est véritablement ce qu'Amelot veut paraître. Ce qu'on peut dire peut-être de plus favorable pour Amelot, c'est qu'il traduisit le prince de Machiavel, et en soutint les maximes plutôt dans l'intention de débiter son livre que dans celle de persuader. Il parle beaucoup de raison d'état dans son épître dédicatoire; mais un homme qui, ayant été secrétaire d'ambassade, n'a pas eu le secret de se tirer de la misère, entend mal, à mon gré, la raison d'état. Il veut justifier son auteur par le témoignage de *Juste Lipse* qui avait, dit-il, autant de piété et de religion que de savoir et de politique. Sur quoi je remarquerai, 1° que Juste Lipse et tous les savans déposeraient envain en faveur d'une doctrine funeste au genre humain; 2° que la piété et la religion, dont on se pare ici très-mal à propos, enseignent tout le contraire; 3° que Juste Lipse, né catholique, devenu luthérien, puis calviniste, et enfin redevenu catholique, ne passa jamais pour un homme religieux, malgré ses très-mauvais vers pour la Sainte-Vierge; 4° que son gros livre de politique est le plus méprisé de ses ouvrages, tout dédié qu'il est aux empereurs, rois et princes; 5° qu'il dit précisément le contraire de ce qu'Amelot lui fit dire. « Plût à Dieu, dit Juste Lipse, page 6 de l'édition de Plantin, que Machiavel eût conduit son prince au temple de la vertu et de l'honneur; mais en ne suivant que l'utile, il s'est trop écarté du chemin royal de l'honnête, *utinam principem suum recta duxisset ad templum virtutis et honoris, etc.* Amelot a supprimé exprès ces paroles. La mode de son tems était encore de citer

mal à propos ; mais altérer un passage aussi essentiel, ce n'est pas être pédant, ce n'est pas se tromper, c'est calomnier. »

Ad § CXII. Contant d'Orville, Mélanges tirés d'une grande bibliothéque, tom. XVII, pp. 153—159.

« C'est avec assez de raison qu'on a accusé les livres des Politiques de Juste Lipse d'être pédantesques et ennuyeux, remplis de lieux communs et d'exemples connus de tout le monde. C'est ce qui fait que malgré la grande réputation qu'a eue pendant long-tems cet ouvrage (1), j'en dirai fort peu de chose....

» Juste Lipse pensait qu'il fallait qu'un roi sût le latin, pour lire les meilleurs auteurs en tout genre (2).

» Il est grand partisan de la monarchie, mais tout ce qu'il dit en faveur de cette espèce de gouvernement, a été dit avant lui.

» Il recommande infiniment la bonne foi (3), et croit qu'un roi ne peut se dispenser de garder sa parole, quand même il l'aurait donnée à ses plus grands ennemis, aux infidèles ou aux barbares.

---

(1) « Si bien todos los libros que ha escrito Justo Lipsio son grandemente de loar, por su mucha doctrina, variedad de leccion, elegancia y brevedad de estilo, he oydo admirar por estremo a diversas personas, el que escrivio de las Politicas : lo qual me ha hecho tomar el trabajo de traduzirle en nuestra materna lengua, etc. » *Don Bernardino de Mendoca a la nobleza espanóla que no entiende la lengua latina.*

(Frid. ab R.)

(2) L. Meyerus *de Institutione Principis* lib. II :

Nec latiæ pereat decor et facundia linguæ.

(F. ab R.)

(3) Ma bouche, il est trop vrai, connait peu l'artifice.
Je hais ces charlatans dont le zèle factice
A besoin pour briller de céruse et de fard.
De la diplomatie à l'oblique regard,
A la marche boiteuse, à la voix caressante,
Je plains, je l'avouerai, la sottise importante ;
L'intrigue me répugne et me soulève ; *enfin*
Je crois que l'honnête homme est toujours assez fin, etc.

Les Politiques de Salon, Act. I, Sc. III.

» Le principe politique de Juste Lipse qui a été le plus contredit, est celui-ci : il ne doit y avoir qu'une seule religion dans un état, et ceux qui l'attaquent et cherchent à séduire les sujets et à les détourner de la religion dominante, doivent être sévérement punis. Il faut employer contre eux (suivant une expression de Cicéron, dans ses Philippiques) *le rasoir et le cautère, le fer et le feu.* On s'est beaucoup récrié contre ces dernières expressions; on a dit que Juste Lipse s'était rendu l'apologiste des massacres et des buchers. Peut-être n'a-t-on pas assez pris garde qu'il conseille d'user d'indulgence et de commisération envers les gens séduits, et qu'il ne propose de punir que les séducteurs qu'il regarde comme perturbateurs de l'état et du repos public. »

Ad § CXXII « Nous connaissons un exemplaire extrêmement curieux de ce petit traité (*De la Constance*). Guillaume Barclay l'avait fait intercaler de papier blanc, et il l'avait converti en son *album amicorum.* Une cinquantaine d'hommes distingués de son tems ont honoré cet album de leur signature; nous ne nommerons que Casaubon (Isaac), Delrio (Martin), Dousa (François), Lipse (Juste), Lemire (Aubert), Puteanus (Erycius), Rubens (Philippe), Wouveren (Jean de), Moret (Balthasar). Guillaume Barclay lui-même rend compte de sa détermination en tête du volume. M. Barbier possède cette curiosité littéraire. »

Biographie Univ. Tom. XXIV, article de *M. Marron.*

Ad § CXXIII « Abgesehen von dem charakter des *Lipsius*, welchen seine lebensgeschichte darstellt, sind seine schriften uber die *Stoische Philosophie*, — Denn die ubrigen kritisch antiquarischen inhalts gehoren hierher nicht — Sehr schatzbar; so wie er sich auch um die erlauterung der quellen, namentlich der werke des *Seneca*, sehr verdient gemacht hat. Da er inzwischen eine zu enthusiastische anhanglichkeit an den Stoischen lehren hatte, so hat er haufig die schwachen seiten derselben ubersehen, und sie im ganzen unrichtig gevurdigt. Auch ist die parallele, die er oft zwischen ihnen und den lehren des Christenthums zicht, zumal ben seiner leichtsinnigen denkart uber religion in fruhern jahren, und seinem aufrichtigen oder geheuchelten religiosen aberglauben im alter, der historischen wahrheit in der schilderung des Stoicismus sehr nachtheilig gewesen. In den *Politicis sive civilis doctrinæ libris sex* zeigt er sich als einen eifrigen

vertheidiger der monarchischen statsform, und das verleitete ich auch zu manchen behauptungen, welche den republicanischen Niederlandern in hohem grade misfielen. In seinem schriftstellerischen charakter war grenzenlose eitelkeit ein hauptzug, was schon die dedication seiner feder an die jungfrau *Maria* beweist. « Joh. Gottl. Buhle, *geschichte der neuern philosophie. T. II, pp.* 906, 907.

Ad § CXXXVII. Gabr. Brotier in præf. edit. Taciti : « Justus Lipsius, belga, corneliano spiritu adflatus, magnoque eruditionis paratu ad id opus accessit : omnem hujus laboris laudem reportaturus, si non excerpta tantum MSS codicum Vaticanorum, Farnesiani, Covarruviæ, Sambuci, veterumque editionum adhibuisset, sed libros integros contulisset (1). Ingenio eruditisque commentariis utrumque id subplevit, et editionem cæteris omnibus, quæ ante prodierant præstantiorem, magna cum nominis sui gloria Antuerpiæ publicavit anno MDLXXIV. Quam postea ad annum usque MDC sæpe retractavit, emendavit, melioremque fecit. In hoc gloriæ suæ monimento rursus adornando immortuus est anno MDCVI, ætatis suæ LIX. Lipsiorum stirpis ultimus, et magnum decus (2).

» Inter tantos *Lipsii* labores, Curtius Pichena, Magni Ducis Etruriæ a secretis, in emendando Tacito Florentiæ utilem operam posuit. Usus manuscriptis codicibus bibliothecæ mediceæ, loca plurima, quæ alios fugerant, restribuit et explicavit. Iis *Lipsius* non mediocriter profecit in posterioribus suis editionibus, ut nitescerent. »

---

(1) Majorem laudem adhuc reportaturus, si libros edidisset, quibus contexuerat caïanam historiam et initia Claudii corneliano exemplo stiloque, ut ipse testatur in notis ad Annal. XI. 1. At in migrationibus suis, quas frequentes fecere turbulenta tempora, laborem hunc, fraude an casu, sibi periisse ibidem declarat. Jactura tanto gravior mihi videtur, quod hæc adolescens scripserat, ac proinde quum ei molle et elegans adhuc erat ingenium; postea, singulari humani ingenii inconstantia, in deterius mutatus, durum et horridum scribendi genus adfectavit.

(G. B.)

